J. M. J. QUÆDAM MEMORIÆ DE EMINENTISSIMO AC...

✠
J. M. J.

QUÆDAM MEMORIÆ

DE EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO DOMINO

HIERONYMO GRIMALDI

PATRICIO JANUENSI

ET S. R. E. CARDINALI EPISCOPO ALBANI

ET ARCHIEPISCOPO AQUENSI

IN GALLIA

EX VARIIS AUCTORIBUS DESUMPTÆ

IN DIVERSIS IPSORUM LINGUIS ADDITA TRADUCTIONE ITALICI IN HISPANUM IDIOMA, CUM NOTITIA ALIORUM CARDINALIUM, ILLUSTRIUM VIRORUM, ET SANCTORUM EJUSDEM FAMILIÆ:

EDITÆ CUM ADNOTATIONIBUS A D. PETRO MARIA HEREDIA DEL RIO, CENTURIONE JUBILATO HISPANO, OLIM SENATORE PERPETUO CIVITATIS NUMANTIÆ, VULGO SORIA, PRO SUO GENERE SANCTÆ MARIÆ DE BARNUEVO EX DUODECIM ANTIQUIS NOBILIBUS IPSIUS URBIS: ET ROMIPETA AB ANNO SANCTO 1825.

DICATÆ IMMACULATÆ CONCEPTIONI B. MARIÆ REGINÆ ANGELORUM, ET S. PATRIARCHÆ JOSEPHO, AC S. JACOBO, S. THERESIÆ, ET OMNIBUS SANCTIS, EMINENTISSIMOQUE AC REVERENDISSIMO DOMINO CARDINALI VICARIO S. S.

ROMÆ.

APUD JOANNEM BAPTISTAM MARINI.

SUPERIORUM FACULTATE.

1836.

IMPRIMATUR
F. A. V. Modena O. P. S. P. A. M. S.

IMPRIMATUR
A. Piatti Archiep. Trap.
Vicesg.

CAROLO S. R. E. CARDINALI
SACRI ROMANI IMPERII
PRINCIPI ODESCALCHIO
MISERATIONE DIVINA

ARCHIEPISCOPO EPISCOPO SABINENSI

SACROSANCTÆ PATRIARCHALIS BASILICÆ

SANCTÆ MARIÆ MAJORIS

ARCHIPRESBITERO.

SANCTISSIMI D. N. PAPÆ VICARIO GENERALI

ROMANÆQUE CURIÆ EJUSQUE DISTRICTUS

JUDICI ORDINARIO ETC. ETC.

Editurus quasdam Memorias in variis Auctoribus et linguis a me Romæ inventas circa Emum ac Rmum S. R. E. Cardinalem Hieronymum Grimaldi, Episcopum Albani, et Archiepiscopum Aquensem, cujus domi Imaginem inveneram a Majoribus hæreditate adeptam, cum ejusdem familiæ essent, cum aliis adjunctis ad ipsam pertinentibus, dicatas Immaculatæ Conceptioni Virginis, et Sanctis Patronis meis; cum animadvertissem, ipsum Cardinalem vehementer sategisse pro electione V. Innocentii XI, ornamenti Ecclesiæ, et Familiæ Vestræ, cujus ipse Cardinalis virtutem mirabatur, (pa-

gina 22.) volui etiam secundo loco ipsas dicare Em̃æ Vestræ, quæ laudibus non eget meis, cum sit Romani Pontificis in Urbe Vicarius. Oro, ut quodcunque hoc sit benigne accipiat Em̃a Vestra obsequium reverentiæ meæ, et Deus omnem gratiam Em̃æ Vestræ rependat, sicut desiderat vester humillimus

Eminentissime ac Reverendissime Domine

Petrus Maria Heredia del Rio

Notitia Hieronymi Cardinalis Grimaldi transcripta

EX CONTINUATORIBUS CIACONII

Hieronymus Grimaldus junior, nobilis Genuensis, Joannis Jacobi S. Felicis Baronis in regno Neapolitano, et Genuæ Senatoris, ex Hieronyma de Mari Patritia Genuensi filius, confecto felicissime studiorum cursu, jam in Jurisprudentia laureatus Romam juvenis se contulit, qua in urbe anno a Christo nato 1621, sub Gregorio XV Romano Pontifice, utriusque Signaturæ Referendarius primum, mox anno 1625 ab Urbano Successore Provinciæ Patrimonii Prolegatus, deinde Urbis Prætor, et Archiepiscopus Seleuciensis, ad Ferdinandum II Cæsarem Augustissimum extra ordinem Nuncius ablegatur. Post hanc Legationem, Perusium Gubernator, et Urbini Ducatum Vicelegatus in absentia Legati rexit. Gallicam deinde, eodem Urbano mandante, Legationem ad Ludovicum XIII Regem subiit, qua in provincia Sacra Purpura ornatur. Brugnatensem, seu Aprumacensem, vel Brumacensem in Liguria Episcopatum aliquando administravit. Sed illo munere libens, volensque se abdicavit anno salutis 1635.

Presbyteris Cardinalibus adscriptus, S. Eusebii titulum obtinuit, quem progressu temporis cum illo Sanctissimæ Trinitatis in Monte Pincio commutavit. Tot dignitatibus egregie functus, prudentia, ingenio, et probitate insignis, rerum civilium, et Ecclesiasticarum instructissimus, meruit juste, ut in se summa rerum Gallicarum tum Romæ, tum alibi gerendarum conferretur. Abbas S. Florentii prope Salmurum in Gallia,

resignatione Julii Cardinalis Mazarini, renunciatus, præfecturam illam semotus a curis administravit aliquando. Ludovici XIV beneficio Archiepiscopus Aquensem Ecclesiam obtinuit; cujus curæ incumbit, dum hæc de illo scribimus, toto pectore, summaque vigilantia. Pluries e Gallia Romam adiit ad Comitia Pontificia, in quibus Innocentio X, Alexandro VII, et Clementi IX suffragatus est.

Scripsit Hieronymus Constitutiones Synodales, Epistolarum volumina plura, et Henrici IV Regis Galliarum vitam e Gallica in Italicam linguam transtulit.

Huic Cardinali inscriptam vidi Iridem jucunde contemplatam a Francisco Verdusio Equite Gallico. Eidem Joannes Baptista Riccioli Societatis Jesu partem primam Almagesti nuncupavit, in cujus Epistola nuncupatoria hæc legimus: " Huc enim, idest ad Purpuræ statum te provexit non multitudo, non numerus dignitatum, sed dignitas meritorum, prudentia videlicet summa, perspicax ingenii sagacitas, arcana consiliorum maturitas, agendi tempestiva dexteritas, circumspiciens omnium vigilantia, rerum civilium et Ecclesiasticarum peritia, sed profunda; super omnia hæc morum probitas singularis, probationis non indiga. Istis profecto, istis splendoribus sapientissimus Pontifex censuit illustrandam Purpuram, non te Purpura. Pectus in istud merito Christianissimi Reges Galliarum rerum summam, et consiliorum suorum thesauros condiderunt ". (*)

(*) Samarthani Fratres in Gallia Christiana. Ferdinand. Ughelli in Italia sac. Guald. in historia. Felix Ciattus in hist. Perusiæ.

Ex R. P. Joannis Baptistæ Riccioli S. J. Almagesto Dedicatoria Eminentissimo Principi Hieronymo Cardinali Grimaldo.

Vidisti, Princeps Eminentissime, in Voluminis hujus janua Claudium Ptolomæum, qui veteris Almagesti nobilis auctor fuit, manu altera terrestrem simul, cælestemque Globum, gemini scilicet in geografia, et astronomia principatus insignia præferentem; sed altera nobilissimo Grimaldæ gentis stemmati veluti innixum, ad Novi Almagesti spem erigi, dum vetus corrigitur. Nimirum in ipso statim operis frontispicio, scutum mihi ac protectionem ab illa optavi Domo, cujus liberalitati et industriæ totam, quanta est, constructionis hujus molem deberi a me sponte profiteor. Contulit ista opes, et Ingenium suum: conferat eadem igitur tutelam simul ad titulum, hoc est patrocinii munimentum, et emblematis ornamentum. Quem porro mihi, ex gentis istius procerum numerositate, ut patronum discernerem, nisi Te primo loco, Cardinalis Eminentissime? Non enim, ut de Trajano loquitur panegyristes Plinius, *quærendus erat qui eligeretur, sed eligendus qui eminebat.*

Quis autem, nisi forte imperitissimus, inficias ierit, eminere Te inter Grimaldæ Domus non superstites modo, sed antecessores? quantumvis aureos inter istius arboris ramos numerentur, præter Episcopos, aut Archiepiscopos duodeviginti, septem quoque, ac fortassis octo S. R. E. Cardinales amplissimi. *Theobaldus* videlicet, Grimaldi II. Monœci Principis filius, Card. SS. Joan. et Pauli, tituli S. Pammachi creatus ab Urbano II. *Guido* Guidonis II. Monœci Principis nepos, Card. S. Balbinæ

a Paschali II. *Lucas* ejusdem Principis nepos, SS. Joan. et Pauli, tit. S. Pammachii ab Innocentio II. *Michael Crespinus* ex Crispino Ansgotho, Grimaldi I. Monœci Principis filio descendens, Card, S. Stephani in monte Cœlio a Clemente V. *Hieronymus* ex Oberto Grimaldo Monœci Principe oriundus, tit. S. Georgii a Clemente VII. *Augustinus* Grimaldus Princeps Monœci, dum tutor esset Luciani Principis, et Caroli V hospitio recepti votis nominatus ab eodem Clem. VII. Cardinalis. Quibus libentissime adnumerarim *Angelicum* Grimaldi, creatum Cardinalem ab avo suo *Urbano V.* antea Guillelmo Grimaldi, si quemadmodum ex utriusque stemmate gentilitio atque cognomine vehementem conjecturam præsumere, ita ex historia evidenter liceret ostendere, Pontificem illum ter Maximum, ipsiusque Nepotem, de illis esse Grimaldis, qui ex eodem trunco, ex quo Tu et Monœci Principes nacti estis originem. At obstant, quas mitiræ ipsi Pontificiæ nunquam posthabuistis, *Modestia*, *et Veritas*; quarum illa nihil in sui commendationem exageratum permittit, hæc nihil admittit in Genealogiam istam non evidens; quia ad sui Nobilitatem non indigens conjecturæ, quantumvis validæ.

Tu vero, Tu Hieronyme, inter jam recensitos S. R. E. Cardines, postremus tempore, sed titulo ac meritis tandem Eminentissimus, ad tantam celsitudinem, non solis munerum, officiorumque gradibus, sed grandibus, et heroicis virtutum assultibus scandendo evasisti. Fueris sane anno 1621 Signaturæ utriusque Referendarius Gregorii XV, et 1625 Provinciæ Patrimonii Vicelegatus, et 1628 Romæ Gubernator. Fueris anno 1632 ad Ferdinandum II. Imperatorem extra ordinem Nuntius, et 1634 Perusiæ Gubernator, Ducatusque Urbini

anno 1636 Prolegatus. Fueris demum anno 1641 Archiepiscopus Seleucieusis, et simul ad Ludovicum XIII. Franciæ Regem Nuntius, ac deinde 1643 S. R. E. Cardinalis, tit. S. Eusebii creatus ab Urbano VIII. Huc enim Te provexit, non multitudo rerum gestarum, sed magnitudo, non numerus dignitatum, sed dignitas meritorum: prudentia videlicet summa, perspicax ingenii sagacitas, arçana consiliorum maturitas, agendi tempestiva dexteritas; circumspiciens omnium vigilantia; rerum civilium et Ecclesiasticarum peritia, sed profunda; super omnia hæc morum probitas singularis, probationis non indiga. Istis profecto, istis splendoribus, sapientissimus Pontifex censuit illustrandam Purpuram, non Te Purpura. Pectus in istud merito Christianissimi Reges, Gallicarum rerum summam, et consiliorum suorum thesauros condiderunt.

Hic enim vero locus est jucundissime recolendi, quanta necessitudine, Regali Francorum Stirpi venam roris rependas, unde humorem genesis, tam manifesta origine traxisti olim, quam dies ex solibus. Nobili, fateor, sed justo impendio, sanguini Regio sed tuo, sudores istos purpureos sed suos consecrasti. Et o quam multis audito, quam paucis intellecto dissonantium tractatuum temperamento harmonico, politiam cum Hierarchia conçilias; palatium Regum cum templo Dei; verbo uno Ecclesiam cum Aula? Atqui hoc et mirum maxime, et minime mirum est: quid enim mirum sit, in isto curialium simul, ac cœlestium negotiorum concilio, et quasi concentu, degenerem non inveniri a Majoribus tuis Te? Arnoldos, credo, et Arnulphos ignoramus, Pipinosque geminos, a Lauda unum, ab Heristallo alterum; Modualdos, et Clodulphos, Grimoaldosque duos, et Theobal-

dos, ex quibus scilicet omnibus Grimalda gens! Quorum (si SS. Modualdum, et Clodulphum excipias) omnes Galliæ Belgicæ, et Palatini Comites, unaque Majores Domus in Francia, aut in Austrasia, omnes autem sine ullius exceptione Consiliarii Regum Orientalis, aut etiam Occidentalis Franciæ, vel Regni ipsius Præfecti tunc extiterunt. Qui rerum summam sic administrarunt, ut qui Episcopi erant, (fuere autem Sanctissimi illi tres Arnulphus, et Clodulphus Metensium Antistites, et Modualdus Trevirensium) Curiam Regum in Ecclesiam consecrarint; cæteri vero Duces ita se in Aulis gesserint, tanquam Episcopi propriis in Ecclesiis. Siquidem cunctis propositum erat, satagere impense, ut quæ subditorum essent ac populi, populo redderentur; quæ Regum, Regibus; Pontificibus, quæ Pontificum; quæ Dei, Deo. Hac igitur ex Stirpe, non generosa magis, quam religiosa, non alienum, sed nativum hausisti succum; quem spontaneo imitamento Tibi in necessitatem verteres exempli numerosissimi.

Agnoscit itaque Gallia, vel potius Christianus Orbis redivivum in Te tuum pariter ac suum Pipinum a Lauda, nunquam satis laudandum, quia toties semperque in Te laudabilem, de quo Stephani Abbatis Leodiensis resonabit pulcherrimum perpetuo illud elogium: *Fuit namque* (verba sunt illius Abbatis, in vita S. Modualdi, Pipini hujus consobrini) *probatissimæ vitæ, ac purissimæ famæ, sapientiæ domicilium, consiliorum thesaurus, defensio legum, controversiarum finis, munimentum Patriæ, decus Curiæ, via Ducum, disciplina Regum.* Neque Pipinum hunc tantummodo, sed sanctos quoque Arnulphum, ac Modualdum Majores tuos, sed in Te non minores, rerum gerendarum more modoque expressisti.

Pergent igitur posteri cum eodem Stephano Abbate, ac repetent, quod ille de Præsulibus in aula Dagoberti, aliorumve Regum versantibus, signanter advertit: *Considerare jam libet, quale erat illud tempus; quam acceptabile, quam serenum; quando Regibus quidem regnantibus, sed Reges cum Regno justis ac timoratis viris regentibus, justitia, fides, veritas, modestia, cæteræque artes bonæ, tam in bello, quam in pace custodiebantur. Quando ad lineam æquitatis Divinæ, omnia Regiæ potestatis negotia dirigebantur.* Neque hic substinens, mox subdit: *Quale, quam sanctum erat illud Palatium, ex quo tam claros, tamque illustres suscipiebat Ecclesia Sacerdotes? ex quo procedebant, qui Curias Regum non quærerent, sed potius a Regibus quærerentur?* Ibit inter hæc nomina nomen tuum, quando sic Regibus adminicularis, ut uni Deo servias, prætera nemini; sic providentia et consilio prædominaris, ut non domineris; sic jura armorum, bellique cardines versas, ut bello fores occludens, stabilem pacem, perpetuam, et augustam possis concludere. Et tamen cum omnia Regibus digna facias, ad solas Tui laudes indignaris. Audio quippe, tam singularem esse animi tui, atque inde oris, et aurium modestiam, ut supercilio, alioquin clementissimo, prope in severitatem contracto, unis Tui laudatoribus illico aditum intercludas, quorum tamen plausibus, et encomiis theatrum ingens aperuit tua Virtus et Fama.

Proinde verendum mihi intelligo, ne offensum eam, a quo defensum me cupio, eumque in me imprudens provocem, quem invocandum selegi ad patrocinium: quod ut facilius impetrem, Grimaldæ iterum gentis cognomentum repeto in tutelæ argumentum, pene dixe-

rim, necessarium. Nempe supra istius in me Domus munificentiam, P. Franciscus Maria Grimaldus e Societate nostra, Mathematum Professor, suum operi huic nostro studium, verius dixerim se se totum superimpendit. Adfuit ille mihi cœlestia observanti phænomena, siderum ipse dexterrimus observator. Interfuit scribenti, de ingenii sui vena, nec pauca, nec pœnitenda suggerens. Præfuit demum voluminum editioni, labore indefesso, fide inviolabili, acri judicio, sincera libertate, vigilantia obstinatissima: sed plura non amplius addo, ne ingenui, ac religiosi maxime in hac parte viri, verecundiam lacessam ad iracundiam: neque ad ipsum, quod eo perquam invito indicavi, ausus essem; nisi me huc impulisset necessitas significandi Tibi, qua ratione in id quidquid est operis contulerit et opes, et ingenium Grimalda domus: quantoque jure fiduciæ petendus esset mihi ex eadem Protector luculentissimæ Auctoritatis. En igitur, Eminentissime, Novi Almagesti primum hoc Volumen, ad pedes tuos provolutnm, ut si minus Purpuræ tuæ sinu, extrema saltem lacinia protectum, et involutum semel, sine pudore ac metu litteratorum manibus incipiat evolvi. (1)

Vale.

Bononiæ anno 1651 die Virginis Mariæ in Cœlnm Assumptæ.

Eminentiæ Tuæ

Deditissimus et Obsequentissimus
Ioan. Baptista Ricciolus Soc. Iesu.

(1) Idem P. Ricciolus in secunda parte tomi primi Almagesti, (in qua statuit inter alia conclusionem immobilitatis terræ, et solis circa eam motus diurni et annui, juxta S. Scrip-

turam, S. Congregationis prohibitionem; evidentiam phisicam, et demonstrationes aliquas phisicomathematicas præsertim capitis 35) hæc ait „

„ Dixi in dedicatione utriusque partis tomi hujus, nempe in Epistolis ad Emum Hieronymum Card. Grimaldum, et ad magnanimum Honoratum II Monœci Principem, ipsos esse de stirpe *Regia*, et olim *Sancta*. Ne forte igitur quispiam, ob imperitiam aut pruritum obtrectandi, mihi hoc vertat aut assentationi, quod a professione, moribusque antiquis semper abhorruit; aut levitati in captandis argumentorum conjecturis quibusvis obscurissimis, quod alienum esse olim volui ab ea fide, diligentia, et severitate, quam mihi in omnibus meis operibus Chronologicis servandam proposui; placuit fundamentum utriusque asserti mei breviter indicare „. Sequitur Epitome Genealogiæ Grimaldæ Gentis, cui, ut a gravi Auctore editæ, nec ab alio eversæ, Editor lectores remittit; cumque de re scripsisset ad domum suam, frater suus D. Thomas Joseph, Centurio jubilatus, arborem genealogicam remisit de Grimaldis, et Sanctis eorum, ubi V. Itta (Sancta apud alios): Sancta Gertrudis: Sancta Begga: Sanctus Arnulfus, et Sanctus Clodulfus, Episcopi Metenses; et V. Carolus Magnus, qui apud aliquos Sanctus nominatur, et Officium proprium habet in aliquo Breviario. Si terræ immobilitas, et solis motus circa eam, licet tot S. Scripturæ testimoniis inixa Sedes Apostolica contrariam doctrinam ut thesim prohibuisset, modo tamen irridentur; nihil mirum, si res, pro qua talia non adsunt, despiciatur. Sed sicut Cicero pro Archia Poeta probat, ut variæ Greciæ Urbes apud eas esse natum Homerum judicent, sic nobis licitum sit, quod ab antiquis traditum est de rebus nostris sustinere, et pace Aristarcorum conservare.

Auctor vitæ latinæ S. Dominici Silensis D. Grimaldus, qui obiit per an. 1090, cuique Sanctus præmium operis promisit, probabile est, ut ex hac familia fuisset. P. Ricciolus affert alios Sanctos ex Grimaldis, inter quos S. Modualdum Trevirensem Episcopum.

Notitia ejusdem Cardinalis Grimaldi, ex Laurentio Cardella in Memoriis historicis Cardinalium S. R. E. an. 1793 Romæ.

Girolamo Grimaldi d'illustre psosapia Genovese, denominato il giuniore, de' Baroni di S. Fely nel Regno di Napoli, quivi (1) sortì i suoi natali. Portatosi a Roma, nel 1621 fu da Gregorio XV ammesso tra i Referendarj di entrambe le Segnature, e nel 1626 da Urno VIII. occupato nella Vicelegazione della provincia del Patrimonio, e poi nel governo della città di Roma, e destinato per ultimo alla Nunziatura straordinaria alla Corte di Vienna a Ferdinando II. dopo la quale passò al governo della città di Perugia, e del Ducato di Urbino in qualità di Vice Legato in assenza del Legato. Venne poscia destinato alla carica di Nunzio ordinario presso Luigi XIII. Re di Francia, nel cui esercizio fu creato Prete Cardinale assente del titolo di S. Eusebio, che successivamente sotto Clemente X. sù principj del 1675 cambiò col Vescovato di Albano. Il Gardinale Mazzarini, mentre il Grimaldi era Nunzio in Francia, gli rinunziò la celebre Abbadia di S. Fiorenzo presso Salmuro, cui egli per alcun tempo spedito da cure, e libero da ogni impedimento, governò per se medesimo. I suoi rari talenti congiunti ad una specchiata prudenza, ed insigne probità di vita, gli meritarono il Ministero della Corona di Francia in Roma, e da Luigi XIV. la nomina all'Arcivescovato

(1) *Januæ* juxta Dictionarium *Moreri*, et *Feller*. In *Genova* secondo il Dizionario di *Moreri* e quello di *Feller*.

di Aix in Provenza, di cui ricevè le Bolle nel 1655 da Alessandro VII. non avendole per lo spazio di quasi otto anni potute ottenere da Innocenzo X. Giunto alla sua Chiesa celebrò il Sinodo, fondò il Seminario dotandolo di ampie rendite, ed ebbe di esso una cura speciale, badando per se stesso, che i suoi Chierici fossero bene istruiti nella sana dottrina, e nelle Sagre Cerimonie, e ne' doveri Ecclesiastici, e risplendessero per l'illibatezza di un incontaminato costume. Riguardando poi le rendite Ecclesiastiche come patrimonio de' miserabili, come in fatti lo sono, sollevò i poveri in quella Diocesi con generose elemosine; la sua liberalità si estese ancora inverso i letterati, de' quali fu splendido Mecenate. Si trattenne per alcun tempo in Roma, dopo essere stato provveduto della Chiesa di Aix: ma a tenore della Costituzione di Urbano Ottavo accennata nella vita del Cardinale Gaspare Borgia, che si legge nel tomo sesto di queste memorie alla pagina 170. fu obbligato a tornarsene in Francia. Allora per non lasciare in abbandono la sua Chiesa d'Albano, ottenne che Fra Angelico, o sia Angelo Grimaldi dell'ordine de' Predicatori suo consanguineo, consagrato Vescovo *in partibus* vi esercitasse le sue veci. S'interpose per ordine della Corte presso Innocenzo X. per la riconciliazione de' Barberini, per molto tempo indarno, ma alla fine con ottimo successo. I Continuatori del Ciacconio pretendono, che il Grimaldi venisse incaricato del Governo, o sia amministrazione della Chiesa di Brugnato nella Liguria; ma nella serie de' Vescovi di quella Chiesa tessuta dall' Ughelli nel T. 4. dal 1. secolo non ne apparisce nè orma, nè vestigio, anzi pare, che fisicamente non vi potesse aver luogo; la ragione si è, perchè, a detto

de'sullodati Scrittori, il Grimaldi nel 1635 rinunziò quella Chiesa, la quale dal 1623 fino al 1639 fu sempre occupata da Vincenzo Spinola Agostiniano che n'era Vescovo, onde non potè il Grimaldi rinunziarne l'Amministrazione nel 1635, e per conseguenza mai non ebbe, ne mai potè averla, perchè nel 1623 già era occupata da altri soggetti, non poteva ottenerla il Grimaldi, per difetto dell'età prescritta da Sagri Canoni per l'Episcopato, a cui non così facilmente si dispensa. (1) Finì di vivere nella città di Aix universalmente compianto dal suo popolo, celebre per giustizia, e fortezza d'animo nel 1685 in età di novant'anni, e 40 di Cardinalato dopo essere intervenuto ai Conclavi d'Innocenzo X. Alessandro VII. Clemente IX. e X. e d'Innocenzo XI. La mortale sua spoglia fu accolta tra i sacri recinti della sua Metropolitana.

(1) Forse ciò che quì si dice dell'Amministrazione della Chiesa di Brugnato deve attribuirsi all'Amministrazione d'un altro Cardinale Girolamo Grimaldi più antico, del quale dice Ughelli nel luogo quì citato: „ Girolamo Cardinal Grimaldi „ Amministratore di questa Chiesa fu eletto l'anno 1528 il „ giorno 25 Settembre, e la tenne fino all'anno 1535. Dipoi „ volentieri, e di sua propria elezione rinunciò quest'uffi- „ ciò „. E poco prima si fa menzione di altro del medesimo cognome Grimaldi nella stessa Chiesa di Brugnato con queste parole „ *Melchiore Grimaldi nobile Genovese prese a governare questa medesima Chiesa nell'anno* 1510 *il giorno* 13 *Maggio* „ Ivi dicesi defonto nell'anno 1513. E pur tuttavia prima della di lui morte nell'anno 1512 si dice che ivi un'altro sia stato nominato Amministratore di quella Chiesa dell'età di anni 21 con la dispensa del Sommo Pontefice; per lo che le ragioni da questo autore addotte non sono sufficienti a pro-

vare, non aver potuto anche il nostro Cardinal Girolamo Grimaldi ottenere l'Amministrazione della Chiesa di Brugnato nell'anno 1635 nel quale rinunciasse, e nel quale sembra essere stato nell'età di quarant'anni, nè aver avuto bisogno di alcuna dispensa per difetto di età. Onde avendo scritto i Continuatori di Ciaconio ancor vivente il nostro Cardinal Girolamo Grimaldi Giuniore, si può credere che ben avessero potuto conoscere ciò che di questo dissero, *aver amministrato alcun tempo il Vescovato di Brugnato, ma aver rinunciato quell'ufficio spontaneamente, e di sua volontà nell'anno di salute* 1635. Perlochè il contrario non si convince da questo moderno Autore, benchè fosse possibile, che li Continuatori di Ciaconio abbiano attribuito per errore a Girolamo Giuniore, ciò che del Seniore ha narrato Ughelli; ma altresì fu possibile, che ancora il nostro Giuniore Grimaldi abbia amministrato la medesima Chiesa in alcun tempo posteriore, nel quale la medesima Chiesa avesse il suo proprio Vescovo, che poteva esser stato impedito.

Eadem notitia versa in Hispanam Linguam.

Geronimo Grimaldi de ilustre Linage Genovés, llamado el joven, de los Barones de San Felix en el Reino de Napoles tuvo alli (1) su nacimiento. Habiendo pasado á Roma, en el 1621 fué admitido por Gregorio XV. entre los Referendarios de ambas Signaturas, y en el 1626. por Urbano VIII. encargado de la Vicelegacion de la Provincia del Patrimonio: y despues fué nombrado Gobernador de la Ciudad de Roma, y por ultimo destinado á la Nunciatura extraordinaria en la Corte de Viena á Fernando II, despues de la cual pasó al Gobierno de la Ciudad de Perusia, y del Ducado de Urbino en cualidad de Vice-Legado en ausencia del Legado. Posteriormente fué destinado al cargo de Nuncio ordinario cerca de Luis XIII. Rey de Francia, en cuyo egercicio fué creado Presbitero Cardenal ausente del titulo de S. Eusebio, que sucesivamente, bajo Clemente X, á principios del 1675 cambiò con el Obispado de Albano. El Cardenal Mazarini, siendo Grimaldi Nuncio en Francia, le renunció la celebre Abadia de S. Florencio, junto á Salmuro, la cual libre de cuidados e impedimentos governó

(1) Januæ juxta Dictionarium *Moreri*, et *Feller*. En Genova segun el Diccionario de *Moreri* y el de *Feller*.

por sí mismo por algun tiempo. Su raro talento, unido á una singular prudencia, y egemplar conducta, le merecio el Ministerio de la Corte de Francia en Roma, y el nombramiento por Luis XIV. al Arzobispado de Aix en Provenza, cuyas Bulas recibío en el 1655 de Alexandro VII; no habiendo podido lograrlas por espacio de casi ocho años de Inocencio X. Luego que llegó á su Iglesia, celebrò el Sinodo, fundó el Seminario, dotandolo de cuantiosas rentas, y tuvo de él especial cuidado, procurando por sí mismo, que sus Clerigos fuesen bien instruidos en la sana doctrina, y en las sagradas ceremonias, y en los deberes Eclesiasticos, y que resplandeciesen por la integridad y pureza de costumbres. Considerando ademas las rentas Eclesiasticas, como Patrimonio de los miserables, como en efecto lo son, socorrio á los pobres de la Diócesis con generosas límosnas; su líberalídad se estendio tambien á los Letrados, de los cuales fué esplendido protector. Se detuvo algun tiempo en Roma, despues de haber sido provisto en la Iglesia de Aix, pero á tenor de la Constitucion de Urbano VIII. indicada en la vida del Cardenal Gaspar Borja que se lée en el tomo 6. de estas memorias, pag. 170. se vió precisado á regresar á Francia. Entonces por no dejar abandonada su Iglesia de Albano, obtuvo, que Fray Angel Grimaldi del Orden de Predicadores su consanguineo, consagrado Obispo *in partibus* hiciese en ella sus veces. Se interpuso por orden de la Corte con Inocencio X. para la reconciliacion de los Barberinos, por mucho tiempo en vano, pero finalmente con optimo suceso. Los Continuadores del Chacon son de parecer, que Grimaldi fué encargado del Gobierno, ó Administracion de la Iglesia de Bruñato

en la Liguria; pero en la serie de Obispos de aquella Iglesia compuesta por Ughelli en el T. 4. desde el 1 Siglo no se halla de ello ni huella, ni vestigio alguno, antes bien parece, que fisicamente no pudo ser, y la razon es, que, segun los referidos Escritores, Grimaldi en el 1635 renuncio aquella Iglesia, la cual desde el año 1623 hasta el 1639 estuvo siempre occupada por Vicente Spinola, por lo que no pudo Grimaldi renunciar su Administracion en el 1635, y por consiguiente nunca la tuvo, ni jamas pudo tenerla, porque en el 1623 ya estaba ocupada por otros sugetos, y no podia obtenerla Grimaldi por defecto de la edad prescrita por los Sagrados Canones para el Obispado, que no tan facilmente se dispensa. (1) Acabó su vida en la Ciudad de Aix, con pesar universal de su pueblo; celebre por justicia y fortaleza de animo el año 1685, de edad de noventa años, y charenta de Cardenalato, habiendo intervenido a los Conclaves de Inocencio X, Alejandro VII., Clemente IX.y X.y de Inocencio XI. Sus mortales despojos fueron colocados dentro del sagrado recinto de su Metropolitana.

(1) Acaso lo que aqui se dice, acerca de la Administracion de la Iglesia de Bruñato, se deba atribuir á la que de esta misma Iglesia tubo otro Cardenal mas antiguo de la misma familia y nombre, Geronimo Grimaldi, del qual dice Ugheli en el lugar por este Autor citado: „ El Cardenal Geronimo Grimaldi fue destinado Administrator de esta Iglesia el año 1528 à 25 de Setiembre, y la administrò hasta el año 1535. Despues renunció espontanea y voluntariamente a tal cargo, de lo que se trata en otra parte. " Y poco antes se hace tambien mencion por Ugheli de otra persona del apellido de Grimaldi en la misma Iglesia de Bruñato por estas palabras: „ Mel-

chor Grimaldi noble Genoves se encargó del regimen de esta misma Iglesia el año 1510 à 13 de Mayo." Se añâde alli que murio el año de 1513. Y sin embargo antes de su muerte, en el de 1512 se refiere alli otro nombrado Administrador de aquella Iglesia a la edad de 21 años con dispensa del Sumo Pontifice. Por lo què las razones propuestas por el Autor de esta vida no bastan para probar, que no pudiese tambien tener nuestro Cardenal Geronimo Grimaldi la Administracion de la Iglesia de Bruñato por el año de 1635, en que renunciase, al parecer de 40 años de edad, sin necesitar por defecto de esta de dispensa. Por lo que habiendo escrito los Continuadores de Chacòn quando todavia vivia nuestro Cardenal Geronimo Grimaldi, pudieron saber bien lo que de el digeron, de que algun tiempo administró el Obispado de Bruñato, pero que renuncio espontanea y voluntariamente el año de 1635. Pues no se convence lo contrario por este Autor moderno; aunque seria posible, que los Continuadores de Chacón hubiesen por equivocacion atribuido à nuestro Grimaldi el Joven, lo que Ugheli testificó del Grimaldi mas Antiguo. Pero tambien fue posible, que aun el nuestro mas Joven hubiese alqun tiempo administrado la Iglesia de Bruñato, aunque esta tubiese Obispo, el qual pudo estar impedido el tiempo que la administrase nuestro Geronimo Grimaldi.

Notitia ejusdem Cardinalis
ex Dictionario Abbatis Francisci Xaverii Feller,
et editione an. 1797.

Grimaldi (Jérôme), né a Gênes en 1595, Cardinal du titre de la Sainte-Trinité in monte Pincio, Archevéque d'Aix en Provence, et Eveque d'Albano, était fils de Jean-Jacques Grimaldi, baron de Saint Felix, au royaume de Naples. Il fut Vice-legat du Patrimoine, Gouverneur de Rome, Nonce en Allemagne l'an 1632, Nonce en France l'an 1641, et créé Cardinal par Urbain VIII, l'an 1643. Par le decés du Cardinal Fachinetti, il etait devenu Doyen du Sacre College; mais l'attachement qu'il avait pour son Eglise l'empêcha d'aller a Rome jouir des honneurs attachés à cette dignité. Il mourut dans son palais Archiépiscopal le 4 novembre 1685, âgé de 90 ans, extraordinairement regretté, particuliérement des pauvres, à cause de sa charité, (1) Son Oraison funebre, prononcée par Thoron d'Artignoles, Chanoine d'Aix, a été imprimée dans cette ville, 1686, in 12.

(1) Sequens clausula addita est post mortem Auctoris in Septima Editione Parisiornm an. 1828: et licet hoc dictionarium, illud *Moreri*, et aliud Venetiis editum an. 1826, sub titulo *Biografia Universale*, dicant, nostrum Cardinalem natum fuisse an. 1597, in hac editione dicitur 1595, quia aliter non potuit mori nonagenarius an. 1685, ut in ipsis dictionariis legitur.

Notitia ejusdem Cardinalis ex Dictionario Moreri.

Grimaldi (Jérôme) naquit á Génes le 20 Août 1595, de Jacques de Grimaldi, de la branche des Grimaldi Cavalleroni, baron de S. Felix, au royaume de Naples, et de Hieronima de Mari, dame autant illustre par sa piété que par sa noblesse. Elle prit un trés grand soin de son education, et lorsqu' il fut en etat de soutenir le voyage, elle l'envoya etudier (1) a Rome. Ses etudes finies, il prit le parti de l'Eglise, et son merite autant que sa naisance l' eleverent bientot a divers emplois dans la Cour Romaine. Gregoire XV le fit Referendaire de l' une et de l' autre signature en 1621. Il passa de lá a la Vice-legation de la Romagne en 1625. Ensuite il fut fait Gouverneur de Rome en 1628 e Evêque d' Albano. Il fut envoyé en 1632, en qualité de Nonce, aupres de l'Empereur Ferdinand, et Nonce en France, aupres de Louis XIII l'an 1641. Urbain VIII l'honora de la Pourpre Romaine en 1643, et le Roi lui donna solemnellement la barette avant son départ pour Rome.

Le cardinal Michel Mazarin, Archevéque d'Aix, connu sous le nom de Cardinal de Sainte Cecile, etant mort a Rome, au mois de Septembre 1648. Louis XIV nomma le Cardinal Grimaldi. Quoiqu' il eût le brevet de nomination et l'œconomat, il fut contraint d' attendre la mort du Papa, qui n' arriva que sept ans apres le 7 ja-

(1) Continuatores Ciaconii dicunt, jam in Jurisprudentia laureatum Romam venisse, sed potuit in Urbe aliis studiis tunc incumbere, et ita ambæ relationes inter se convenire: sin minus, non est nostrum, tales componere lites inter ipsas.

nuier 1655. Alexandre VII son successeur lui donna aussitôt ses bulles : il arriva a Aix le 25 novembre 1655, et fut reçu avec toutes les démonstrations de joie possibles. On avoit conçu de lui une tres-grande idée, et on ne fut pas frustré de son attente. La Reine Christine de Suede étant arrivée á Aix le 1 Aout 1656, fut logée a l'Archevêché, ou elle demeura dix á douze jours, et fut traitée avec une dépense et une magnificence extraordinaire, aux frais de notre Cardinal. Il commença les fonctions de son Episcopat par la visite de son Diocése. Il fut precedè par quelques Prêtres, qui disposoient les peuples á approcher des Sacremens de Pénitence et d' Eucharistie, et a recevoir le Sacrement de Confirmation. Ensuite, il fit bâtir à ses frais et dépens un Séminaire qu' il dota ; il en confia la conduite à des Ecclesiastiques de mérite, qui jusqu' en 1710, ou 1712, ont conduit ce Séminaire avec un grand succès et avec l'edification de tout le Diocése. On fit l'ouverture de l'Eglise, le 4 Novembre, et come l'education que recevoient les Ecclesiastiques étoit tres-Chretienne, et que les directeurs étoient gens tres-verteux, bientôt tout le Diocése fut rempli d'excellens ouvriers, et le bien qu' ils firent s' est perpétué jusqu' a notre temps. Tous ses domestiques étoient gens pleins de piété. On faisoit chez lui la priere soir et matin : tout le monde y assistoit. On mangeoit en commun, et pendant le repas l'on faisoit le lecture. Le Cardinal étoit a la tête. Ses aumones etoient tres-abondantes : on pretendoit qu'elles alloient toutes les années a 25 ou 30000 écus. Il faisoit faire des missions frequentes, et soutenoit les bons Prêtres de son autorité. Il aimoit la saine morale, et s'en déclaroit ouvertement le protecteur. Un Ecclesiastique appellé Remonde de la ville de S. Tropés, au Diocése de

Frejus, ayant donné deux volumes contre les premiers tomes de la Theologie morale de Grenobbe, le Cardinal Grimaldi ecrivit vivement contre lui a Rome, fit condamner son ouvrage; l' obligea à se retracter, et le fit chasser d' Avignon. Il accepta ensuite la dedicace des autres volumes de cette Theologie, et se declara le protecteur de l'ouvrage et de l' auteur. Il fit recevoir par le Clergé de France les articles de S. Charles, sur l' administration de la Penitence. On avoit pour lui un respect et une veneration étonante. L' an 1659, Henri Forbin d'Oppede, premier President du Parlement de Provence, fut obligé de se barricader dans la grand Chambre du Parlement, étant porsuivi par un nombre infini de mutins qui s'étoient saisi du palais. Le Cardinal Grimaldi informé de tout ce qui se passoit, et qu' on faisoit sonner le tocsin; pour assembler encore plus de factieux, envoya devant lui deux Chanoines, et les suivit de prés, se fit ouvrir la porte, entra dans le palais, prit le premier President, le conduisit jusq' a bas de l'escalier, a travers ces mutins armés, le fit entrer dans son carosse, et conduire à l' Archevêché, sans qu' aucun osât branler. L'année d' aprés Louis XIV vint a Aix, et le Cardinal Mazarin lui fit signifier un ordre de sortir d' Aix, et de ne point y paroître, tant que le Roi y seroit, parceque M. de Grimaldi etoit plus ancien Cardinal que lui; il obeit sur le champ, et se retira a Vilneuve, pres d' Avignon. It fut tres-sensible à cet ordre: il en porta vivement ses plaintes a M. de Chazelles, Prévôt de la Metropole, et au Pere Cabassut son Confesseur, qui l'avoient accompagné. Il vit le Roi a Avignon, à son retour, et S. M. le reçu avec toutes sortes de distinctions, et le chargea même de quel-

ques affaires considerables a Rome, oú il se rendit au plutôt. Il se trouva aux Conclaves, ou Innocent X, Alexandre VII, Clement IX, et X, et Innocent XI furent elus: il contribua sur tout infiniment a l'election d'Innocent XI, dont il admiroit la vertu. Etant a Rome, il se declara le protecteur du livre de la frequente Communion, et fut cause que ce livre ne fut point condamné. Toutes les fois qu'il quittoit son Diocése, il en lassoit le soin à l'illustre M. Godeau, Evêque de Vence. Le Cardinal fut avec ce Prelat complimenter le Roi a Lyon. M. Godeau porta la parole, et le fit d'une maniere digne du grande Roi auquel il parloit, et du grand Cardinal qui le faisoit parler. Aux fêtes de Pâque 1667, Louis de Vendôme, Duc de Mercoeur, Gouverneur de Provence, reçut la barette de Cardinal des mains de M. de Grimaldi; la cérémonie se fit avec beaucoup de magnificence dans la Métropole, en présence du Cardinal de Retz. A la fin de ses jours, il devint, par la mort du Cardinal Fachinetti, Doyen du Sacre College; mais l'attachement qu'il avoit pour son Eglise l'empécha d'aller à Rome, jouir des honneurs attachés a sa Dignité. Il languit pendant trois au quatre ans, et mourut avec de grands sentiments de Religion le 4 Novembre 1685, âgé de 90 ans, aprés 30 ans d'Episcopat. Sa mort getta la costernation dans la ville d'Aix; jamais homme ne fut plus pleuré et plus regreté que lui, et sa memoire y est ancore en tres-grand veneration. * Cet article a eté fourni par le P. Bougerel de l'Oratoire.

(*) Hæc notitia commendatur etiam in *Biografia universale*, Venetiis anno 1826, ubi etiam legitur de nostro Cardinale: *Era nipote del Cardinale Domenico Grimaldi*, de quo tamen non constat fuisse Cardinalem, nisi tantummodo designatus esset, et nondum ad eam Dignitatem provectus.

Notitia Reverendissimi Dominici Grimaldi, Patrui Card. Hieronymi Grimaldi, Archiepiscopi Aquensis, ex Opere cui titulus est:

Biografia universale antica e moderna, ossia storia per alfabeto della vita pubblica e privata di tutte le persone che si distinsero per opere, azioni, talenti, virtù e delitti. Opera affatto nuova compilata in Francia da una Società di dotti, ed ora per la prima volta recata in Italiano con aggiunte e correzioni – Volume XXVI. Venezia presso Gio. Battista Missiaglia 1826.—Dalla Tipografia di Alvisopoli. Pag. 331.

Grimaldi (Domenico), Cardinale, (1) Arcivescovo e Vicelegato di Avignone, era figlio di Gio. Battista Grimaldi, Signore di Montaldeo, Cavaliere del Toson d'oro, e di Maddalena Pallavicini, due delle più illustri famiglie di Genova. Destinato a farsi Ecclesiastico, mandato venne a Roma, dove non tardò ad ottenere impieghi. Fatto, dal Papa Pio V. Custode delle Galere della Chiesa, fu presente al combattimento di Lepanto nel 1571, ed in esso si segnalò, dicesi, per intrepidezza. Provveduto venne successivamente de' Vescovati di Savona e di Cavaillon, e successe nel 1585 al Cardinale d'Armagnac, Arcivescovo di Avignone. Mostrò molto zelo contro i partigiani delle nuove eresie, e riuscì ad espellerli onninamente dalla sua Diocesi; morì nel 1592. Lasciò manoscritto un volume di *Lettere* relative agli affari di cui era stato incaricato.

(1) Non constat, illum fuisse Cardinalem, etsi forte ad Cardinalatum designatus fuisset.

Non costa esser stato Cardinale, benchè forse destinato al Cardinalato.

Eadem notitia Reverendissimi Dominici Grimaldi, Patrui Card. Hieronymi Archiepiscopi Aquensis, versa in Hispanam linguam.

Domingo Grimaldi Cardenal (1) Arzobispo y Vicelegado de Aviñon, era hijo de Juan Bautista Grimaldi, Señor de Montaldeo, Caballero del Toison de oro, y de Magdalena Palavicini, dos de las mas ilustres familias de Genova. Destinado al estado Eclesiastico, fue enviado à Roma, en donde no tardò a tener Empleos. Hecho por el Papa S. Pio V. Custodio de las Galeras de la Iglesia se hallò en la batalla naval de Lepanto en 1571, y en ella se dice haberse distinguido per su intrepidez. Fue provisto succesivamente en los Obispados de Savona y de Cavailon, y succedio en 1585 al Cardenal de Armañac, Arzobispo de Aviñon. Mostrò mucho zelo contra los Partidarios de las nuevas heregias, y consiguio expelerlas enteramente de su Diocesis; murio en 1592. Dejò manuscrito un volumen de *Cartas* relativas à los negocios de que habia sido encargado.

(1) Non constat, illum fuisse Cardinalem; etsi forte ad Cardinalatum designatus fuisset.

No consta, que hubiese sido Cardenal; aunque acaso fuese designado para el Cardenalato.

Mentio facta de eodem Dominico Grimaldi, Patruo, et de aliis Majoribus, et propinquis ejusdem Cardinalis Hieronymi Grimaldi, pro illustranda ipsius memoria, in Almagesto P. Riccioli ex Epitom. genealog. Grimaldi cap. 3. de Ramis nobilissimis Grimaldæ Arboris, ex Monœci Principibus in Galliam, Hispaniam, et Italiam dilatatis. In secundi rami parte 2. in qua Grimaldi Cavallerones.

Angelus Grimaldi an. 1448. floruit; ex hoc *Georgius* Genuæ Antianus an. 1471. qui sumptuosum Sacellum dicavit in Ecclesia S. Mariæ de Consolatione prope Genuam an. 1497. Ex hoc natus *Joannes Baptista*, Montaldei Dominus, a Carlo V. Imperatore creatus Comes Palatinus et Eques aureatus cum Fratribus *Stephano* et *Nicolao* an 1525. transmisso ad posteros titulo, propter quod vulgo dicti sunt Cavallerones; fuit autem Nicolaus beneficentissimus in pauperes, Stephanus autem Honorati I. Monœci Principis tutor, et Principatus administrator egregius, quippe qui S. Nicolai templum instauravit; Arcem magnis propugnaculis, bellicisque tormentis munivit. Fuit hic vir omni scientiarum genere præditus, sagax, et prudens, sepultus est in tumulo Principum Monœci an. 1561. *Joan. Baptista* duxit Magdalenam Pallavicinam, ex his orti multi inclyti liberi, videlicet *Augustinus* I Civitatis Montis Pelusii Baro, Genuæ Senator anno 1581. et *Franciscus*, qui pro Philippo II Hisp. Rege Equitum Præfectus in regno Portugalliæ adipiscendo, etiam propriis triremibus inservivit. Et *Georgius*, qui cum propriis triremibus eidem Philippo II Hispan. Regi in navali Naupacti pugna inservivit anno 1571. et *Dominicus*, triremium Sanctæ Sedis, Pio V. Pontifice, in

navali Naupacti pugna Commissarius Generalis an. 1571, qui fuit primum Savonensis, deinde Cabellicensis Episcopus, demumque Avenionensis Archiepiscopus et Vice legatus, totiusque status Armorum gubernator anno 1585. Heræticos e Comitatu Venayssino cum Fratre suo *Thoma*, Equitumque Præfecto fugavit, Minerbamque expugnavit, et obiit anno 1592. Et *Joannes Jacobus* S. Fœli Baro in Regno Neapol. Genuæ Senator anno 1606, qui duxit Hieronymam filiam Augustini de Mari, ex qua genuit multos filios, inter quos eminet Hieronymus S. R. E. Cardinalis, de quo mox. Duxit autem Augustinus Mariam sororem Ambrosii ab Auria Genuæ Ducis, et obiit anno 1592. ex qua ortus est *Nicolaus*, Montis Pelusii Baro, qui duxit Paulam Mariam Julii Spinulæ filiam anno 1609. obiitque Montepelusii 1636. ejus filii multi, sed in primis Augustinus II Montis Pelusii Baro, et P. *Julius Grimaldus* e Societate Jesu; et PP. *Ioseph*, *Rainerius*, *ac Joannes* Theatini.

At ex Joanne Jacobo, Augustini I fratre, orti sunt *Joannes Baptista* Sancti Fœli Baro, Genuensis Reipublicæ contra Sabaudos Armorum Commissarius Generalis anno 1625. Sanctæ Sedis Exercitus, Urbano VIII. Pontifice, Commissarius Generalis anno 1630, qui duxit Magdalenam Andreæ Spinulæ filiam anno 1613, obiitque anno 1645. Ex eodem Joanne Jacobo natus est Hieronymus, quem in Epistola dedicatoria primæ partis hujus tomi primi utcumque adumbrare conati sumus.

Hieronymus itaque utriusque Signaturæ Referendarius Gregorii XV Pontif. anno 1621. Provinciæ Patrimonii Pro-legatus 1625. Romæ Gubernator an. 1628, ad Ferdinandum II. Imperatorem extra ordinem Nun-

tius 1632. Perusiæ Gubernator 1634. Urbini Ducatus Vicelegatus 1636. Archiepiscopus Seleuciensis, et ad Ludovicum XIII. Galliæ Regem Nuntius 1641. demum ab Urbano S. R. E. Cardinalis tituli S. Eusebii creatus est anno 1643. eique rerum Gallicarum summa, ob insignem peritiam Civilium et Ecclesiasticarum rerum, summamque prudentiam, et sagacitatem cum probitate conjunctam, collata est. *Ita Nicol. Grimaldus, et Carolus Venasq. in hac Genealogia, Justinianus in Annalibus Umb. Folieta Archiv. Genuæ et Monœci.*

Postea de reliquis ramis ibidem sermo est; et in ramo 4. Grimaldi Carignani incolæ in Pedemontio ab Oberto Monœci Principe, ac Nicolao hujus filio orti: et in ramo 5. Marchiones Petræ: Domini Bellifortes, et Cunei in Pedemontio, et Hispalis in Hispania incolæ, orti ex *Lucheto*, Petræ altæ, Stellæque Domino, filioque Grimaldi 4 Monœci Principis etc. pro quibus citantur ibi a P. Ricciolo Nicolaus Grimaldus, et alii auctores.

De aliis Reverendissimis et Eminentissimis S. R. E. Cardinalibus ejusdem familiæ.

Notitia novissimi Hieronymi Cardinalis Grimaldi ex Continuatore Ciaconii Mario Guarnacci. Romæ an. 1751.

Hieronymus Grimaldus Genuensis die natus est 15 Novembris anni 1674. Patrem habuit Raynerium, clarissimisque natalibus parem nactus est institutionem. Naviter emenso studiorum curriculo, atque exacta pu-

bertate Romam venit. Ut erat eximia nobilitate clarus, eloquio comis, moribus integerrimus; hinc ineunte Clementis XI Pontificatu, arrepto Ecclesiastico Instituto, statim eximiis Dignitatibus clarere cœpit.

Bruxellas primo Internuncius ablegatur; inde Edessæ Archiepiscopus renunciatus, Nuncius Apostolicus dicitur ad Tractum Rheni. Mox ad Sarmatas mittitur; et quum mirifica ubique sollicitudine Apostolico Ministerio incubuerit; studio tamen potissimo res Ecclesiæ, in Sarmatia maxime perturbatas, provexit.

Græci Rhuteni, qui Schismate jampridem ejurato ad sinum Romanæ Sedis confugerant, eique firmissime adhærebant, anno 1719, Concilium Provinciale indixerant. Convenerant ad illud Episcopi ex universa Regione, et de corrigendis diffluentibus Clericorum, Plebisque moribus agebatur. Consilium laudavit Clemens XI, juvitque propositum, et Grimaldum Nuncium Apostolicum Consessui præesse jussit. Missisque Litteris Leoni Kiskæ, Metropolitæ totius Russiæ, ac universis Ruthenis Episcopis, qui Concilium inibant, admonuit, ut in id potissimum incumberent, ut lapsam Ecclesiæ disciplinam restituerent, et eos, qui Sacrorum Ministrorum electiones impediebant, exilio ab eorum Diœcesibus, aliisque pœnis multarent. Felici prorsus exitu res est absoluta, et sub auctoritate Nuncii Apostolici Concilium peractum est. Illius vero Acta in Pontificatu Innocentii XIII Romam transmissa, tamquam rite, ac sapienter gesta a S. Sede probata sunt.

Anno 1720 quarta ornatus fuit Legatione, et Præsuli egregio Georgio Spinulæ, nuper Sacra Purpura decorato, suffectus fuit in Cæsarea Nunciatura. Viennam in Austria se contulit, atque hunc etiam amplissimum

Magistratum decennio gessit, probitate, ac prudentia singulari. Quippe inter externas pompas Personæ, quam gerebat, necessarias, modestia semper, et mansuetudine præstitit. Orationi vacavit assidue; unde Sanctimoniæ fama non exigua illi oborta est. Ineunte demum Clementis XII Pontificatu, optatum laboribus præmium est assequutus, atque hac die 2 Octobris anni 1730 inter Purpuratos Patres relatus est. Pileolum illi, Cardinalatus insigne, perlatum fuit ab Ænea Silvio Piccolomineo, tunc Papæ Cubiculario, nunc Præsule eximio, et Cameræ Apostolicæ Clerico. Ut Romam pervenit, Titulum obtinnit S. Balbinæ, et Congregationibus adjectus fuit Episcoporum, et Regularium, S. Concilii Tridentini, Propagandæ Fidei, et SS. Rituum.

Bononiæ de Latere Legatus dictus est, eumdemque Georgium Cardinalem Spinulam, hac Dictatura functum, in hoc pariter amplissimo Magistratu excepit. Justitiam unicuique reddens, solita tamen usus est mansuetudine in Provincia administranda; sed in criminibus coërcendis opportuna severitate usus est. Perditum quoddam genus hominum, qui nefaria societate conjuncti, ac turmatim incedentes, viatoribus, totæque Urbi infesti erant, sumpto de quibusdam supplicio, penitus delevit. Adversa tamen pressus valetudine, ut viribus reficeretur, Genuam primo se contulit, inde Neapolim pergere instituit, sed in Anglica, qua erat, navi, quasi e conspectu Neapolitanæ Urbis, redundante pituita suffocatus, interiit die 19 Novembris, anno 1733. Virum prudentia, et pietate gravem, et subitum mortis genus boni omnes ingemuerunt. Ejus cadaver, Genuam translatum, in sepulcro Majorum conditum est in Ecclesia S. Philippi Nerii.

Notitia ejusdem Cardinalis ex Dictionario Moreri.

Grimaldi (Jerôme) Génois, Cardinal Prêtre de l'Eglise Romaine, du Titre de Sainte Balbine, Legat de Boulogne, nè le 15 Novembre 1674, etoit en France auprés de Laurent Fieschi, Archêveque d'Avignon, Nonce extraordinaire pour la paix, lorsqu'il fut nommé au mois de Mai 1705, Internonce à Bruxelles. Ensuite il fut déclaré Nonce en Pologne, le 27 Septembre 1712, et Archevéque d'Edesse le 5 Octobre suivant, puis Nonce à la Cour de Vienne, le 17 Août 1720, ou il n'arriva que le premier Octobre 1721, aprés avoir pris congé du Roi de Pologne à Dresde le 15 Septembre précedent. Il fit son entrée publique a Vienne le 21 d'Avril 1722, et le lendemain il eut sa premiere audience publique de la Cour Imperiale. Le Pape Clement XII le créa e le déclara Cardinal, le 2 Octobre 1730, et la barette lui ayant été envoyée à Vienne, il la reçut le 10 Décembre suivant des mains de l'Empereur dans l'Eglise aulique des Augustins dechausés. Le 11 du même mois de Décembre il fut declaré à Rome Légat de Boulogne; et apres avoir pris congè de la Cour Impériale, il partit de Vienne le 17 Mai 1731, pour retourner en Italie, ayant été honoré par l'Empereur d'une Croix d'émereaudes de grand prix, garnie de fort beaux diamans. Il arriva a Rome le 26 Juin suivant; y fit son entrée solemnelle par la porte du Peuple le 10 Juillet, et reçut le Chapeau dans un Consistoire public le 19 du meme mois. Clement XII fit la fonction de lui fermer et ouvrir la bouche les 6 Août et 3 Septembre de la même année, et lui assigna le Titre Presbyteral de Sainte Balbine. Il fut fait en même-temps des

Congrégations du Concile, de la Propagande, de l'Indice, de la Consulte, et se rendit ensuite à la Legation de Boulogne. Ce Cardinal se rendant de Génes à Naples par mer sur un vaisseau Anglois, pour essayer de se remettre d'une longue maladie par le cangement d'air, fut surpris d'un vomissement violent, dont il mourut à 20 milles de Naples le 18 Novembre 1733, au soir, âgè de 59 ans, et 4 jours, et de son Cardinalat 3 ans, 1 mois et 16 jours.

Notitia Eminentissimi ao Reverendissimi Nicolai Cardinalis Grimaldi, ex eadem familia, ut eruitur ex P. Riccioli Almagesto, transcripta ex continuatore Ciaconii Mario Guarnacci Romæ an. 1751.

Nicolaus Grimaldus Genuensis, in Regno tamen Neapolitano natus, atque in Castro della Pietra, quod est Feudum suæ præclaræ familiæ. Ex Francisco Grimaldi, et Septimia itidem Grimaldi ortum duxit die 4 Februarii anni 1646. Ut Equiti Christiano impendentia munera, et litterarum rudimenta perdisceret, in Seminarium Romanum missus est anno 1665 sub disciplina Patrum Societatis Jesu.

Quum Romam advenisset, impenso studio, et celeritate incredibili Scientias omnes perquisivit. Egressus e Seminario, sedulam Jurisprudentiæ navavit operam apud optimos Urbis Causidicos, et demum Laurea ornatus Doctorali in Pontificatu Innocentii XI inter Præsules Romanæ Curiæ cooptatus est.

Ad obeundos graviores Ecclesiasticæ ditionis Magistratus cito admotus est: et quidem pluribus Civitatibus

datus Gubernator, solertiam, et in rebus agendis dexteritatem haud vulgarem exhibuit.

In Pontificatu Innocentii XII ad majora provectus, Congregationis primum Immunitatis, et deinde alterius Congregationis Episcoporum, et Regularium factus est a Secretis. Evecto demum ad Petri Cathedram Clemente XI. virum multiplici probatum Ministerio inter Cardinales retulit in hac solemni Promotione diei 17 Maii 1706, cum Diaconia honestavit S. Mariæ in Cosmedin, et Congregationibus adjecit Episcoporum, et Regularium, Immunitatis Ecclesiasticæ, Sacræ Consultationis, Aquarum, et Rituum. Bononiæ etiam de latere Legatus dictus.

Anno 1716 Diaconiam dimisit S. Mariæ in Cosmedin, quam assumpsit Cardinalis Annibal Albanus. Ipse vero ad Presbyteralem Titulum gradum fecit Sancti Matthæi in Merulana. Tandem ætate gravis, naturæ concessit die 25 Octobris anno 1717. Ejusque corpus delatum ad Ecclesiam Cappuccinorum de Urbe, postquam justis exequialibus expiatum fuit a Sacro Cardinalium Collegio, ibi honorifice conditum fuit cum hac Epigraphe

D. O. M.
OSSA NICOLAI GRIMALDI PATRITII GENVENSIS
S. R. E. PRESBITERI CARDINALIS
FILII FRANCISCI
ET SEPTIMIÆ MARCHIONVM PETRÆ
OBIIT VIII KAL. NOVEMBRIS MDCCXVII
ÆTAT. LXXII.

Amplior notitia de præfato Cardinali novissimo Hieronymo Grimaldi, recenter inventa in Bibliotheca Angelica.

In Almagesto Bononiæ edito an 1651 a P. Ricciolo multa inveniuntur in laudem Hieronymi Cardinalis Grimaldi, Archiepiscopi Aquensis, et ejusdem nobilis familiæ, cui novum splendorem auxit posterior ejusdem nominis Cardinalis, ut paginis 27, 28, 29, 30, et 31 exprimitur. Sed recenter inventa est relatio Bononiæ edita an. 1734 de hujus exequiis die 12 Decembris anni anterioris 1733 magna solemnitate ibi celebratis in Ecclesia S. Petronii, ex Senatus-consulto ejusdem Urbis, cujus Legatus erat, quando, ob causam valetudinis Neapolim versus navigans, occubuit: celebravitque Missam ipsius Defuncti amicissimus Emus Cardinalis Archiepiscopus Prosper Lambertini, postea sub nomine Benedicti XIV ad Solium Pontificium evectus. In oratione funebri, quam dixit Doctor Flaminius Scarselli, Lector publicus Litterarum humanarum, unusque ex Chancellariis Senatus Bononiensis, dicitur, ipsum Hieronymum Grimaldi commendatum fuisse ab ipso Summo Pontifice Clemente XI. suo Nuntio Apostolico in Gallia Fieschio (ex quo mentio est in relatione supra pag. 30, quia illic esset ut Nuntius Extraordinarius pro pace, quam summo studio curabat ille Summus Pontifex, in bello Successionis), et tunc Parisiis cum profectu studiis operam dedisse, unde Internuntius Bruxellas missus est Grimaldus, ut pag. 28 dictum est, ibique debuit esse quando Opus de Septem Angelis a P. Andrea Serrano, ProcuratoreGenerali Societatis Jesu

in Insulis Philippinis, Catholico Regi Philippo V dicatum, ibidem prodiit expensis Ductoris Generalis Militum D. Dominici Ruiz de Tagle, Equitis Ordinis de Alcantara; et tandem Viennæ extitit Nuntius quando pax inter Philippum V. et Imperatorem anno 1725 conclusa est; ideoque cum incepisset cursum suum addictus Legationi Pontificiæ in Gallia pro pace, sub ipsius Legatione Apostolica ad Imperatorem tandem pax, a Summo Pontifice desiderata, conclusa est. Quæ relatio de ipsius Cardinalis funere, cum oratione funebri, Bononiæ anno 1734 typis mandata extat in Bibliotheca Angelica de Urbe, in Miscelanea, simul cum relatione de exequiis solemnibus Romæ pro præfato Rege Philippo V. in Ecclesia S. Jacobi Hispanorum de Urbe, quæ modo clausa tristiter est, quasi in signum luctus, in quo Hispania demersa est, et plusquam civili bello vexata. In Indice hæc relatio quæri potest verbo *Grimaldi*, ubi adsunt etiam quædam Opera de rebus Sacris, ab anteriore Cardinali Hieronymo Grimaldi composita, sicut Cardinalem decet Ecclesiasticis operibus ingenium et facultates impendere. In præfata relatione sequentes Inscriptiones sub ejus Imagine leguntur: = Hieronymo. Grimaldo = Patritio. Genuensi = Magnanimitate. Splendore. Comitate = Singulari = S. R. E. Cardinali = Moderatione. Doctrina. Religione = Admirabili = Bononiæ. Legato = Integritate. Consilio = Charitate = Incredibili = De. Genere. De. Ordine. De Legatione = Optime. Merito = Senatus Bononiensis — Parentalia. Mærens = Persolvit. =

Aliæ Inscriptiones. De Justitia: „Faciebat Judicium, Atque Justitiam cuncto Populo suo. 1. Paral. c. 18.„

De Humilitate : „ Humilem spiritu suscipiet gloria. Prov. 29. „

De despectu divitiarum: „ Post aurum non abiit. Eccl. 31. „

De fervore pietatis: „ Non extinguetur in nocte Lucerna ejus. Prov. 31 = „

De consilio: „ In cunctis, ad quæ procedebat, sapienter se agebat. 4. Reg. 18. „

De Mansuetudine: „ Et lex Clementiæ in lingua ejus. Prov. 31.

De benignitate, et simul fortitudine; „ Plenus Gratia, et Fortitudine. Act. 6.

De fama virtutis ejus: „ Et fama Virtutis Ejus ubique. Prov. 31. „

Notitia Cardinalis Hieronymi Grimaldi Senioris, de quo mentio facta est paginis 4, 12, 13, 16, et 17. transcripta ex Oldoino tom. 3. col. 494.

Hieronymus Grimaldus Genuensis, filius Benedicti Grimaldi Patricii Genuensis, juvenis in patria uxorem duxit nobilem fœminam, et filios(1)ex ea habuit. Illa vero defunctà, Ecclesiasticæ vitæ se dedit, et Ecclesiam Venafri in Regno Neapolitano Episcopus rexit; deinde a Clemente VII renuntiatus est Diaconus Cardinalis S. Georgii ad Velum aureum. Primus (2) hic fuit, qui nobilissimæ

(1) Filii hujus Lucas, et Joannes Baptista fuerunt Legati in Hispania apud Philippum Secundum.

(2) Hunc non fuisse primum, sed aliis posteriorem, et oriundum ex Oberto Grimaldo Monæci Principe, ostendit P. Joannes Baptista Ricciolus in dedicatoria ad nostrum Cardinalem Hieronymum Juniorem.

suæ genti Grimaldi, opibus florenti, castellorumque, et populorum veteri dominatu apud Ligures insigni, hunc addidit titulum. Ad Purpuram enim eum non solum intuitu nobilitatis, verum meritorum gratia evocavit Clemens VII. quem etiam Administratorem plurium Ecclesiarum, Albingaunensis scilicet, ac Brugnatensis in Liguria; et Archiepiscopum Barensem in Regno Neapolitano anno 1530 nominavit. His Sacerdotiis ditatus Hieronymus non solum auctoritate in S. R. Ecclesia præfuit, verum multo magis doctrina et exemplo usque ad extremum suæ vitæ illi profuit; integer enim vir, et in sententia dicenda libertatis, et Senatorii Officii memor semper extitit. Ex monumentis Vaticanis habemus, Clementem VII. die 6 Aprilis anno 1529 Collegio Cardinalium commisisse, ut cognoscerent, quis, Vincentius ne Carafa, an vero Hieronymus Grimaldus, Cardinales, in loco digniori sedere deberet; quid autem illi decreverint, nescimus. Ligurina Legatione, in qua ejus erga Christianam Rempublicam amor maxime illuxit, feliciter obita, sub Paulo hujus nominis Tertio Romano Pontifice, cujus Comitiis interfuerat, diem suum obiit in patria die 27 novembris anno 1543. ibique filiorum lachrimis, quos ex legitimo matrimonio ante Purpuram susceperat, tumulatus est (1).

(1) Ciaconius. Ubert. Follietta in elogio Clar. Ligurum. Aubery in Vita. Ferdin. Ughellius in Addit. ad Ciacon. et in Italia sacr. Panvinius. Leander Albert. in descr. Ital. Felix Contelorius in Elencho.

Adnotatio adjuncta ad notitiam præcedentem de Hieronymo Grimaldi Seniore.

Forsan hic Hieronymus ab Oldoino Cardinalis ex Grimaldis primus censeatur ex iis, Januæ et in Regno Neapolis degentibus, qui floruerunt a tempore restaurationis illius antiquæ Reipublicæ (dissidiis perturbatæ) sub protectione pii et potentis Imperatoris, et Neapolis, Hispaniæque Regis Caroli V. (cujus corpus incorruptum nostro tempore servabatur in Regio Monasterio Scurialensi S. Laurentii, a Catholico ipsius Filio Philippo Secundo extructo). Qui per Principem Andream ab Auria (vulgo Doria) ex primoribus (1) Ducibus suis, perturbationes tam claræ Reipnblicæ sedare studens, anno 1528 prudentibus eam legibus communitam, consensu publico (in quo Grimalda familia non ultima fuit), suam validam defensionem Reipublicæ petenti concessit; et juxta tales leges usque ad revolutiones nostri temporis pacifice et religiose gubernabatur. Unde in gratiarum actionem funera ibi Catholicorum Hispaniæ Regum solemni ritu Domino commendabantur, usque ad Carolum Tertium inclusive. Et

(1) In Dictionario Geographico, a *Martiniere* edito, in verbo *Monaster*, qui populus est Regni Tuneti, ita (ut creditur) appellatus ex quodam Monasterio Ordinis S. Augustini, quod non inde procul extitit, videri possunt aliquæ res gestæ ab hoc Duce præclaro Caroli V, et mirabilis virtus, et militaris ordo, cum quo in illum populum se recepit cum paucis Hispanis per tres leucas impetitus à plusquam centum millibus Maurorum, quorum impetum sustinuit per planitiem arenosam adjutus a duobus millibus, et derelictus a Mauris sociis, qui ad hostes transierant, anno 1539.

hic Emus Hieronymus Grimaldi Senior in eadem Monarchia Hispaniæ fuit Pastor Barensis Diæcesis, celebris ex possessione Sacri Corporis S. Thaumaturgi Nicolai Myrensis Episcopi, ideo Barensis nuncupati. Princeps etiam Monœci Honoratus, avus præfati Honorati Secundi, Imperatoris Caroli V. in variis prœliis brachium in exercitu fuit, in consiliis oculus dexter, dum primus inter Consiliarios ipsius ac Philippi II. Oratores assidebat, juxta P. Ricciolum in dedicatoria præfata secundæ partis Almagesti.

Quin etiam ex antiquis Grimaldis nonnihil præsidii Hispania habuisse videtur pro restauratione à Mauris, cum duo filii Grimoaldi II, Ducis Bavariæ, ipsis obstitissent in Cathalaunia, fundato ibi Castello, *Moncada* appellato, per annum 733. juxta arborem snpradictam pag. 9. At Theobaldus, filius Grimoaldi, *Iusti* appellati, Pipinique nati ex Plectude (filia alterius Grimoaldi, Bavariæ Ducis) per annum 723, juxta P. Ricciolum, ad Pelagium et Alphonsum, Hispaniæ Reges, cum Matre sua Theodosinda confugiens, pro iis strenue contra Saracenos, Hispaniam occupantes, dimicavit, recuperavitque Salmanticam; ideoque in ea Provincia donatus est aliquot oppidis, inter quæ fuit oppidum seu pagus celebris S. Joannis Monasterio, a Theobaldo, et Theodosinda fundato, in cujus parietibus legebantur tempore præfati P. Riccioli monumenta de tali fundatione. Construxit præterea ibidem Theobaldus oppidum cum arce, cui ex Patris nomine nomen imposuit, et inde voluit posteros suos denominari converso nomine illo patronymice in cognomen suæ Gentis. Revocatus est in Galliam a Pipino, (Franciæ Rege electo post mortem Caroli Martelli) anno circiter 751, et ad alta munia ibi evectus, cum ex

Gallo-Provincia fugasset Saracenos, et Antipolim (1) expugnasset, adeptus est Antipolis Dominatum. Duxit autem Aliardam Clovisiam filiam Ducis Aurelianensis, ex qua genuit *Hugonem*, *et Raynerum Grimaldum*, Dominum oppidi *Grimaldi Santivañez*, et aliorum in Hispania locorum, strenuum contra Saracenos Ducem sub Rege Alphonso Catholico, a quo creatus est perpetuus Salmanticæ Gubernator; ex illo deinde propagati sunt Grimaldi Hispanici, qui Grimaldum feudum tenuerunt usque ad annum 1370. quo linea masculina defecit, et fœminina superstite in Urraca Bermudez, uxore Petri Tressii Arcis Almofrague Domini, transiit ille Dominatus in Gentem Tressiam; ex qua fuit Cardinalis Tressius. Hugo autem Grimaldus, Raineri prædicti frater, Antipolis aliarumque urbium, et locorum in Gallo-Provincia Dominus, Theobaldi Ducis primogenitus, in præfectura exercitus Carolum Magnum Imperatorem juvit tum præcipue, cum Leonem III. Pontificem Maximum, a Romanis Proceribus oppressum, in suam Sedem restituit anno 800. Duxit is sororem Archiepiscopi Mediolanensis, ex qua genuit *Passanum*, et *Theobaldum* (contracte *Thaddum*) Archiepiscopum Mediolanensem, qui obiit Sanctimonia clarus anno 876. sepultusque est in Ecclesia S. Ambrosii. Unde et in Hispania, et in Gallia, in Germania quoque, in Italia, et alibi Gens Grimalda non parum auxilii Ecclesiæ attulisse videtur.

Præter res in (2) Siria gestas, et cum S. Ludovico,

(1) Antipolis, Gallice *Antibes*, est inter Niceam, et Forum Julii, seu *Freiuls*.

(2) Videatur Federicus a Federicis Scriptor de Rebus Genuensium, et de eorum meritis erga Sanctam Sedem.

quem illuc euntem, et inde redeuntem, in expeditione sua in Turcas, naves Genuenses deduxerunt: præter irruptionem in Regna Saracenorum in Hispania, dum a Mauris occuparetur; duæ triremes Honorati Grimaldi cum aliis Genuensibus Carolo V auxilio fuerunt pro expugnatione Tuneti: et tempore S.M. Clementis IX in celebri defensione Cretæ contra obstinationem Turcarum alter Grimaldus Stator Major emicuit, et bellico Consilio pro deditione honorifica (liberis personis exeuntibus) non inter ultimos subscripsit. Liceat etiam Inventionem novi Mundi (licet non ad Grimaldam gentem, sed ad ejus cives Genuenses in commune quodammodo pertineat) a D. Christophoro *Colon* hic addere, cui Dei cognitio inde claresceret, et inde in Hispaniam et Europam divitiæ asportarentur, ex quibus S. Theresia, per fratrem suum inde revertentem, adjuta fuit in fundatione Conventus sui Hispalensis. Et eadem Sancta præcipue adjuta fuit, in fundatione Conventus sui Numantini seu Soriensis, ab alio celebri Genuensi P. Fr. Nicolao a Jesu Maria ab Auria (vulgo Doria) cujus magnam commendationem facit in fundatione ejusdem Monasterii Sanctissimæ Trinitatis Civitatis *Soria* cap. 30 Fundationum. Hanc enim Civitatem talis Sancta sua præsentia et fundatione honoravit, sicut olim etiam fecerat S. Franciscus Assisiensis, cujus Ordinis præterea an. 1233. Capitulum Generale ibidem celebratum fuit, et a B. Andrea ab Hispello, seu ab Aqua, in magna siccitate mirabiliter tunc ea terra copiosum imbrem de Cœlo accepit, quasi signum pluviæ Cælestium gratiarum, quæ ab ipsa inde sperari possent.

Nostro etiam tempore, Caroli Tertii, Catholici Hispaniæ et clari nominis Regis, Dux Hieronymus Grimaldi

(ex eadem familia) Minister fuit, a quo Pater Editoris D. Petrus Joseph Heredia ex eadem familia cognitus (ut tertius Nepos directus, ex parte Matris, D. Pauli Grimaldi Januensis, Locum tenentis Generalis Præfecti tormentorum bellicorum Catholici Caroli II Hispaniæ Regis) et ad aliquid petendum invitatus, gratum ob hoc animum ostendit, et nihil avito more petere voluit, suo statu et conditione contentus, qui etiam ex paterno genere alia non contemnenda monumenta hæreditavit; inter quæ (mittendo multa de Heredia cognomine sed cognationis ignotæ (1), quæ inveniuntur in libris, ex Comitibus Castellæ antequam Reges fierent, et Castellorum pro armis Insigne portat) erat Generi S. Mariæ a Barnuevo adscriptus (pro quo Editor Senator fuit Numantiæ, vulgo *Soria*) (2) ex familia *Azeves*, quæ Episcopum Oxo-

(1) Primus Religiosus, qui S. Theresiæ se obtulit pro reformatione Ordinis Montis Carmeli, fuit P. Antonius Heredia, Prior cujusdam Monasterii Observantiæ. Unus ex Cooperatoribus S. Francisci Xaverii fuit P. Paulus Antonius Heredia, ad quem aliqua epistola Sancti conservatur. D. Franciscus de Heredia Doctor Theologus, Eleemosinarius et Concionator Cathedralis Ecclesiæ Tirasonensis, concionem habuit ad Patres S. Concilii Tridentini in festo omnium Sanctorum an. 1552, quæ legitur in Editione Conciliorum P. Philippi Labbei S. J. D. Ferdinandus Heredia Magnus Magister fuit Ordinis S. Joan. Jerosolimitani. D. Petrus et Alphonsus Heredia fratres in fundatione novæ Cartaginis in America, et alii plures noti sunt.

(2) Circa Numantiam, vulgo Soria, hæc refert Lucas Wadingo tom. IV. Annal. Minorum. Romæ 1732. Cum Privilegio Summi Pontificis, typis Rochi Bernabò. Opera et studio Rm̃i. P. Josephi Mariæ Fonseca ab Ebora, Ordinis Minorum in Cismontana familia Commisarii Generalis. Pag. 265. num. XV. „Erectum in Civitatem hoc anno nobile Castrum Soriæ

mensem habuit D. Didacum *Azeves*, qui S. Dominicum Guzman, suæ Ecclesiæ Canonicum, secum in Galliam, et Romam duxit, et ipse cum magna insignis

Diæcesis Oxomensis in Regno Castellæ ad preces Alphonsi Regis, Prioris, et Conventus S. Petri, ac Universitatis ipsius municipii; et Ecclesia Ordinis S. Augustini, ejusdem loci, facta Cathedralis, unitaque Matrici Oxomensi per Provinciales Ordinum Prædicatorum, et Minorum ejusdem Regni, quibus concessa in hac re auctoritas per sequens diploma, quod ad antiquitatis, et prædictæ Civitatis commendationem non ignobilem hic subnectimus.

„Priori Provinciali Prædicatorum in Hispania, et Ministro Minorum Fratrum in Regno Castellæ.

Castrum de Soria Oxomensis Diæcesis, prout accepimus, sicut (Genes. 27.) ager, cui benedixit Dominus, famosum inter alia loca illarum partium, et fæcundum in populis, tales producit alumnos tam clericos, quam laicos, per quos non solum Regalis Curia, verum etiam tam propinquæ, quam remotæ partes Hispaniæ honorantur. Proinde siquidem carissimus filius noster Illustris Rex Alphonsus (Sapiens, filius S. Ferdinandi) Castellæ et Legionis, ac Venerabilis frater noster Episcopus Oxomensis, necnon Prior et Conventus Ecclesiæ S. Petri, ac Universitas hominum ipsius Castri Nobis humiliter supplicarunt, ut prædictum Castrum Civitatis vocabulo insignire, ita quod nomen, et omen Civitatis gerat, et ipsam Ecclesiam Ordinis S. Augustini in Cathedralem erigere, ac eam Eclesiæ Oxomensi ejusdem Ordinis counire, ita quod de cetero sit unus Episcopus utriusque, paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque ipsorum desideria in hac parte prosequi favore benevolo intendentes, Discretioni vestræ, de qua plenam fiduciam in Domino obtinemus, per Apostolica scripta mandamus, quatenus si, consideratis diligenter circumstantiis universis, videritis expedire eisdem Ecclesiis, unionem hujusmodi, auctoritate Apostolica, faciatis. Non obstante indulgentia Sedis Apostolicæ, qua Fratribus vestrorum Ordinum

virtutis opinione in Hispania obiit. Itemque D. Sanctium de *Azeves*, Episcopum de Astorga, qui Præses fuit Regiæ Chancellariæ Granatensis primus, ut legitur in vita Illmi D. Petri de Castro Archiepiscopi Granatensis, ac ejusdem Regiæ Chancellariæ Præsidis, scripta a D. Didaco Nicolao ab Heredia Barnuevo, Abbate Montis Sacri Granatensis, quæ extat in Bibliotheca Angelica. Quartus etiam Avus Editoris D. Alphonsus de Heredia et Cabrera, Eques S. Jacobi, in præclaris militiæ muneribus Catholicis Regibus in Hispania, Neapoli, in Italia, et Germania operam impendit; ac ejusdem D. Alphonsi Avus D. Joannes Cabrera, Præfectus Triremium in Sicilia fuit. Primogenitus ejusdem D. Alphonsi, (qui obiit Locumtenens Campiductoris Generalis, et Hamiralis Generalis, exercitus, et Regni Neapolis) cum esset Centurio in exercitu Catholico in Flandria juxta D. Joannem de Austria Secundum, et mercede Ordinis S. Jacobi honoratus, omnes honores et substantiam fratri minori relinquens, Societati Jesu nomen dedit, et in Collegio Gadicensi S. Jacobi vixit nomine P. Emmanuelis de Heredia; atque Sorores hujus in Civitate Antequera Moniales fuerunt ex S. Ordine Carmeli. Similiter Avunculus Patris Editoris Fr. Petrus ab *Heredia et Azeves*, Prior fuit Conventus patriæ suæ Ægabri (vul-

dicitur esse concessum, quod non teneantur se intromittere inviti, de quibuscumque negotiis, quæ ipsis per litteras Apostolicas committuntur, nisi in eis de Indulto hujusmodi, et Ordine vestro plena, et expressa mentio habeatur. Datum Viterbii V. Idus Januarii anno II.,,

Hæc civitas est sub protectione S. Saturii, Eremitæ, ejusdem Patricii, cujus Corpus ibi asservatur, et colitur 2. Octobris in omni Oxomensi Diœcesi.

go Cabra) (1) dicati Immaculatæ Conceptioni, ut in frontispicio ipsius Conventus ob opus ibi a se factum adnotatur; et ad fundationem Conventus Capuccinorum Ægabrensis Præses ex Civitate Antequera venit Fr. Bernardinus de Carrion, frater D. Bernardinæ uxoris præ-

(1) Circa *Cabra*, olim *Egabrum*, adjungitur sequens notitia ex Conciliis Hispaniæ Cardinalis Aguirre, editis a D. Silvestro Pueyo Canonico Barbastrensi Matriti anno 1784. In Concilio Illiberitano per an. 303 juxta opinionem Editoris Silvestri Pueyo, Canonici Barbastrensis, Cardinalem Aguirre secuti, Matriti an. 1784 scribentis, pag. 553, nominato inter alios Smagio Episcopo Bigerrensi, sub littera *C* adnotatur: „ „ Vel potius Egabrensis, civitatis Egabri, nunc *Cabra*, non „ procul à Corduba, sed absque Sede Episcopali. „

Et pag. sequenti 554 inter Presbiteros ipsi Concilio subscribentes nominatur „ Victorinus Egabro „ et sub littera *L* adnotatur: „ *Cabra*, titulus Comitatus in Regno Cordubensi. „ Pag. autem 617 in Concilio III Toletano an. 589 invenitur num. 21 subscriptio hæc inter alias Episcoporum: „ Benenatus Egabriensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi „ Et sub littera *M* adnotatur; „ Vel potius Joannes, qui quidem subscribit Hispal. I. „ ; et sub littera *N* „ *Egabro* in Turdulis, Provinciæ Bœticæ, hodie *Cabra*, titulus Comitatus in Regno Cordubensi., sine Episcopali Cathedra. „ Pag. 572. Joannes Egabrensis Episcopus subscripsit secundo loco Concilio Hispalensi an. 590. post S. Leandrum Præsidem. pag. 631. Deodatus Egabriensis Concilio Tolet. IV. sub præsidentia S. Isidori; et Conciliis VI. et VII. pag. 637 et 641. Bacauda Egabriensis subscripsit Concilio Tolet. VIII pag. 646. Gratinus Egabriensis Conc. Tolet. XIII. pag. 666. de quo cogitatur ibidem subscripsisse ut Abbas Monast. SS. Cosmæ et Damiani Conciliis Tolet. XI. et XII. pag. 658. et 663. et Constantinus Egabriensis Episcopus Concilio Tolet. XV. anno. 688. pagina 675. At pag. 680. num. 41. „ Arcesindus Egabriensis Ecclesiæ Episcopus subscripsit. „ (et sub littera *E* adnotatur: „ Su-

fati D. Alphonsi; ex cujus in PP. Capuccinorum Religionem ingressu, Patronatus pro cultu Sanctissimi Sacramenti in illa urbe ad Editorem devenit. Similiter alii ex eadem familia Ecclesiæ et Regno inservierunt, et in S. R. Rota aliquam decisionem favorabilem obtinuerunt. Et si Mater Editoris D. Theresia Jesu del Rio et Sa-

pra cap. 10. num. 21. „ id est pag. 617. Concilii III.) in Concilio XVI Toletano an. 693. Scilicet a III Concilio Toletano sub Flavio Reccaredo Rege, in quo hæresis Ariana abjurata fuit, usque ad XVI paulo ante invasionem Saracenorum, in qua Arcesindus erat Episcopus, qui huic Concilio subscripserat, Episcopi Egabrienses Conciliis subscribebant Toletanis, in quibus de Religione et Regno agebatur, et præfatus Arcesindus Sancti titulo honoratur in pictura Sacristiæ Ecclesiæ Egabriensis, et in Choro Ecclesiæ ipsius Effigies ut Sancti habetur, simul cum SS. Witesindo M. Ruderico Presbitero et Martyre, cujus mentio est in Martyrologio 13 Martii, cum S. Argimiro Monacho et Martyre, cujus mentio etiam est in Martyrologio 28 Junii, qui fuerunt ejusdem Civitatis Egabrensis sub tyrannide Maurorum, a quibus passi sunt. Sed de S. Arcesindo fama est (occultata Imagine miraculosa B. Mariæ Virginis in irruptione illorum) in Lusitaniam se recepisse cum aliis Episcopis et piis viris, ubi sancte obiit, et inde recuperata Civitate a Mauris per S. Ferdinandum, cum satis decrevisset ab antiquo statu suo, videmus eam aggregatam fuisse Episcopatui Cordubensi, inventam Imaginem Virginis occultatam, quæ miraculis claret sub titulo DE-LA SIERRA, restitutum fuisse Divino Cultui Templum S. Joannis Baptistæ, ubi fuerat olim Cathedralis, et auctam fuisse piis aliis Ecclesiis et fundationibus, ita ut etiam nunc ex præcipuis populis Regni Cordubensis sit, ita ut celebris Missionarius nostri temporis P. Didacus Joseph à Gadibus dixisse feratur: Quem Dominus bene voluit, Ægabri dedit illi ut manducaret.

linas, conjecta Matriti in carcerem, sine defensione, et reclusa in Monasterio S. Mariæ a Cruce, cum magno rerum suarum detrimento, ob instantias in favorem Ecclesiæ et Regni factas ad Reges, e contra exaudita fuisset, multa mala præveniri potuissent; ita ut non extranea a S. Petri Sede familia Editoris in medio humilitatis suæ videatur; unde mutata mithologica Poëtæ dictione dici posset:

„ Non obtusa adeo gestantur pectora Romæ,
„ Nec tam aversus erit Sol, qui nunc lucet in Urbe „

Nec enim ipse Editor, licet omnium infimus, in aliquo Exercitu contra Ecclesiam fuit; sed primo bello contra Rempublicam Galliæ auxilio Dei feliciter militavit, secundo contra invasionem Napoleonis, sine indictione belli, in Hispaniam, cum fratribus suis præsto fuit, et dicente Apostolo: *Quis unquam propriis stipendiis militat*, ipse cum fratribus sine stipendio militavit usque ad deditionem Exercitus Dupont, qui Bæticam, ubi erant, invaserat. At inde calamitate Regni oppressus, et facultatibus privatus, usque ad restaurationem Regni, sub hujus Ductoribus fuit (qui si nihil sibi celebre commiserunt, sed æqua erit pars remanentis ad sarcinas (1) (I.Reg.c.30.v. 24.) ac descendentis in prælium) nullam tamen Constitutionem novam

(1) 1. Reg. c. 30. v. 24. et 25. Æqua enim pars erit descendentis ad prælium et remanentis ad sarcinas, et similiter divident. Et factum est hoc ex die illa, et deinceps constitutum, et præfinitum, et quasi lex in Israel.

juramento obfirmans, et exponens quæ Ecclesiæ et Reguo utile judicavit, quæ forsan magis exaudita utiliora fuissent: nec aliquam compensationem pro rebus in bello perditis obtinuit, licet Hispaniæ ex hac ratione compensatio aliqua a Gallia data fuisset; et de licentia Catholici Regis Ferdinandi Romam petiit, invitatus pro remissione peccatorum ad Annum Jubilei a S. M. Leone XII. Ecclesiæ indicti, (cum fratre suo D. Secundo Dominico Missionario Apostolico, in Hispaniam reduce, non parum in suo Ministerio, auxilio Dei, cum fructu laborante) ex quo Immaculatæ Conceptionis, et Septem Angelorum procurando cultui ut Peregrinus in Urbe manet de consensu ipsius Regis, et Episcopi sui, quorum litteras conservat; si forte (I. Reg. cap. 14. v. 6.) faciat Dominus pro nobis, quia non est Domino difficile per simile medium Ecclesiæ auxilium Potentissimum afferre, licet ante mortem aliquis laudandus non sit, juxta S. Scripturam. Sed interim contra nimium insistentes in Poeta dicente:

„ Nam genus, et proavos, et quæ non fecimus ipsi,
„ *Vix* ea nostra voco „

liceat adnotare, textus poetici vocem *vix* non penitus talia Dei munera ab hominibus excludere, quæ ad imitationem excitent, vel ad confusionem eorum, qui ipsa acceperunt; et laudare viros gloriosos in generatione sua ab ipsa S. Scriptura commendatur. Quin etiam apud Virgilium legitur:

„ Et quid in antiquam virtutem, animosque viriles
„ Et Pater Ænæas, et avunculus excitat Hector? „

Ipse quoque Dominus Noster Jesus Christus cum esset Deus, et ideo solus bonus, benigne exaudivit cæcum, ob honorem appellantem ipsum, clamando: *Jesu fili David, miserere mei*; nec ipsum Evangelium, de S. Joseph justo et paupere loquendo, ejusdem arborem genealogicam prætermisit a Rege David, qui licet justus aliquando non fuisset, pristinum tamen justitiæ gradum pœnitens recuperavit, et juxta inscriptionem cuidam Imagini Sancti Hieronymi appositam: *Justi vocatum non amittit, qui per pœnitentiam semper resurgit.* Atque ideo non immerito hæc omnia, et notitiam aliorum Cardinalium ejusdem Grimaldæ gentis addere bonæ memoriæ nostri Hieronymi Grimaldi, Archiepiscopi Aquensis, et Albani Episcopi visum est, quidquid alii in contrarium sentiant, quorum tamen pace concludamus: *Unusquisque in suo sensu abundet, et soli Deo honor, et gloria.*

Additio ad anteriorem adnotationem.

Mentio quoque honorifica fit a P. Ricciolo de Grimaldo I. Supremo Monæci Principe, creato ab Othone Primo Imperatore, eo quod in Præfectura Exercitus strenue se gessisset, quando Lugduno, aliisque Urbibus expugnatis, et Lutetiam solo armorum strepitu obsidendo, Ludovicum IV Francorum Regem liberavit, et deinde pacem Italiæ reddidit. Simulque de Grimaldo Secundo, Monœci Principe, qui cum Roberto Guiscardo, Apuliæ Duce, S. Gregorium Septimum, ab Henrico Tertio in arce S. Angeli Romæ obsessum, in libertatem restituit, et inde ad Bellum Sacrum Philippi I. Francorum Regis fratrem Hugonem in Syriam secutus, præ-

claras cum illo de Saracenis victorias retulit, Genuamque primus Grimaldorum incoluit, duxitque Alexiam neptem Alexii Imperatoris Constantinopolitani, ex qua filios habuit Guidonem II. Monæci Principem, Theobaldum S. R. E. Cardinalem Ss. Joannis et Pauli tituli S. Pamachii, et Lucam, unum ex Proceribus, qui ad bellum Hierosolimitanum cum Gothofredo Bullonio profecti sunt, fuitque etiam Orator Reipublicæ Januensis ad Summum Pontificem, et creatus Cardinalis ejusdem tituli.

Mentio quoque ibi fit(inter alios, quos nnmerare longum esset) (1) de Grimaldo III. Monæci Prin-

(1) Aliqua tamen memoria sit de Percivallo II, cujus tituli marmorei extant iu Ecclesia *S. Nicolai* de Burgueto prope Genuam, et de filio hujus Luciano Grimaldi, qui amplissima Legata in *Sancto Georgio* Grimaldis adversitate jactâtis reliquit anno 1474, ideoque meruit statuam, titulosque marmoreos in *veteri S. Georgii aula*.

Similiter de Ansaldo Grimaldi, de quo, in Annalibus Genuensibus Jacobi Bonfadii ad an. 1536, ait Auctor, se nescire, quis in beneficentia erga Patriam magis claruerit. Nam tribus fere annis antequam vita decederet, integra valetudine, liberoque judicio maximam vim pecuniæ collocavit in Curia S. Georgii in diversos pietatis usus, variaque beneficentiæ munera, quibus omnibus Reipublicæ partibus quotannis in longum ævum consuleret, scilicet, ad Dei cultum certis in Templis amplificandum, piosque Christi Sacerdotes sublevandos, ad tollenda onera vectigalium, quibus, iis in rebus, quæ ad victum pertinent, civitas premitur, ad sumptus Duci Reipublicæ, Senatoribusque suppeditandos, ad honesta studia litterarum, ad alia præterea Patriæ subsidia, atque ornamenta constituenda. Pro his meritis Senatus, Civitatis approbatione, Ansaldo, ejusque hæredibus onerum

cipe, uno ex Præfectis Exercitus, cum quo Lotharius II, Imperator, Apuliæ Ducem S. Sedi infensum debellavit, et in Siciliam fugavit, fuitque Consul Reipublicæ Januensis, qui partem Urbis mæniis cinxit, et ejusdem Reipublicæ Hamiralus multis propriis triremibus Saracenos devicit, et inter alios filios habuit Obertum Monæci Principem, Petrum Episcopum, et Fridericum Præfectum Generalem Armorum Sanctæ Sedis, Regisque Angliæ Consiliarium, Cambellanum, et Balistariorum magnum Magistrum. Unde conjectari potest (juxta existimationem Editoris) S. Grimoaldum Presbiterum, de quo in Romano Martyrologio mentio est 29. Septembris, et de quo dicitur Anglum fuisse in quadam notitia ejus vitæ apud Continuatores P. Bollandi, ex eadem Grimalda gente ortum duxisse, quæ sicut hanc alias etiam in Anglia relationes (ibidem a P. Ricciolo adductas) habuit, ubi aliquis ex eadem familia habitaret, unde S. Grimoaldus, Peregrinus ad Terram Sanctam, apud Pontemcurvum juxta Aquinum tandem diverteret, ac virtutibus floreret. Nulla enim sufficiens ratio a Continuatoribus Bollandi affertur, ut ipsum Anglum fuisse, juxta præfatam relationem non credamus: *De quo* (ait Baronius in notis ad Martyrologium) *vetera monumenta Ecclesiæ Aquinatis, quæ inde accepimus.* Hic obiit post annum 1137, juxta Bollandistas, qui nec dubitant de patria sua in Anglia, ex qua ad varia Sacra loca visitanda profectus, tandem Pontiscurvi Archispresbiter fuit, sancteque obiit,

omnium immunitatem concessit, marmoreamque ipsi statuam in Senatoria Curia, tamquam in memoriam gratorum civium, collocandam decrevit.

et miraculis claruit. Apparitio ibi refertur S. Joannis Baptistæ pro Templo construendo in ejus honorem ab ipso S. Grimoaldo, in quo vota fidelium persolverentur, et in quo „ Dominus noster Jesus Christus corporum, Animarumque languoribus conferret solita benignitate medelam „ sicut factum est. Quin etiam Urbanm V, quem ex eadem familia P. Ricciolus conjectat, Anglum, vel ex Anglia oriundum, ab aliquibus creditum fuisse, legimus apud Continuatores Ciaconii. Ex iis Oldoinus ait anno 1362. de Urbano V. „ Maxima controversia de ejus Patria inter diversas septem Orbis Europei nationes. Alii Lemovicensem: alii Lombardum, alii Anglum & „ Sed mittendo conjecturas, Sancti afferuntur a P. Ricciolo in loco præfato genealogiæ Gentis Grimaldæ, qui secuntur, juxta relationem suam, adnotatis illis hic, qui in Romano Martyrologio coluntur.

De Sanctis familiæ Grimaldæ ab ipso P. Ricciolo commemoratis in epitome citata.

S. Ferreolus, (1) seu Ferriolus Episcopus Trajectensis, S. Condulphus Tungrorum Pastor, et S. Tarsita, quæ et Tarsicia, et Ulsida aliis dicitur, simulque Modericus Episcopus Antisiodorensis, fuerunt filii Anselberti ex Britilde, Clotarii I. Regis Francorum filia.

S. Arnulphus filius fuit Arnold - Anchisis, seu Ansegisi, seu (ut alii dicunt) Arnold - Buggisi, Marchionis Sacri Imperii super Schaldim, Mosellanæ Domini, Comitis Pa- latini, et Ducis in Austrasia, et Odæ filiæ Cu[illegible] seu Guizonis Sueviæ Ducis: qui Regnum a[illegible] Rege Aurelianensi sibi oblatum in hæredi[illegible]

(1) S. Ferreolus — S. Condulphus — [illegible]

sans, in Eremum se recepit, constructo Monasterio Sancti Martini, in quo pie vixit, et obiit an. 601. Filius hujus S. Arnulphus, Marchio S. Imperii super Schaldim, Mosellanæ Dominus, Comes Namurci, et deinde sub Clotario II. Comes Palatinus, Equitum Magister, ac Major Domus in Francia, et Austrasia, et Educator Dagoberti Regis, quem Clotarius II. ex Regina Bertrude susceperat; impulsus a Proceribus, ut stirpem propagaret, dispensatus in voto Castitatis, duxit S. Dodam, et ex ea genuit S. Clodulphum, Ansegisum II. et Valchisium Verduni Comitem, et Patrem Sancti Wandregisili Abbatis. Mortuà Dodà, recessit ab Aula in Monasterium Lirinense, ubi contemplationi rerum Divinarum, et Theologiæ vacavit, sed inde studio populi, et Pipini Majoris Domus, et auctoritate ac pene vi Clotarii II. evocatus, et factus Episcopus Metensis, cujus consecrationi anno 620. interfuit Clotarius cum Dagoberto filio. Porro sicut antea, ita et post, eo, aut Pipino inconsulto, Reges Franciæ nihil moliebantur, ideoque florentissimum tunc fuit illud Regnum. Nottonem quemdam calumniatorem S. Arnulphi, quod noctu Regina ad ejus ædes consilii causa ventitasset, Deus pudendo supplicio, et Rex ipse capite multavit. Tandem S. Arnulphus cum ab invito diu Dagoberto impetrasset, ut resignato Episcopatu Sancto Guarico, Consobrino suo, iterum in Erèmum secederet; cum jam vasa ipsa Sacra in usus pauperum distraxisset, rogavit filios suos, ut licèret bona, quæ hæreditate ipsis obveniebant, di-
[illegible]ere ac distribuere in pauperes. Renuente pro sua por-
[illegible]dulpho Primogenito, annuit Ansegisus II. Tum
[illegible]uic vaticinatus est, fore ut Domus ipsius multo
[illegible]n possidèret, quam posset ipse filiis su-

is relinquere, totique ipsius posteritati benedixit. Nec multo post recessit in Erèmum anno Pontificatus sui 18, in quo post biennium moriturus, evocatum ad se Ansegisum jussit ducere S. Beggam, Pipini Senioris filiam; deinde obiit sanctissime 18. Julii anno 640. vel 641. (1).

S. Doda, conjux S. Arnulphi, fuit filia Ducis Saxoniæ, aut Sueviæ, vel (ut alii dicunt) Comitis Bononiæ. Trithemius, et Baronius appellant hanc Sanctam, et ex ea orti sunt S. Clodulphus, Ansegisus II. et Valchisius Verduni Comes.

S. Clodulphus, filius S. Arnulphi, et S. Dodæ, successit S. Guarico in Episcopatu, qui licet ab initio Patri consensum, de bonis in pauperes distrahendis, negaverit, postea tamen tanto ardore Sanctitatem ipsius æmulatus est, ut eum S. Remaclus, Tungrorum Episcopus, vocaverit virum plenum Fide et Spiritu Sancto, ad eumque tamquam ad oraculum remiserit S. Trudonem, ut narrat Theodoricus Abbas. (2).

S. Wandregisilius, Abbas, filius Valchisii, et nepos S. Arnulphi et S. Dodæ. (3)

S. Gauricus, cui Sanctus Episcopus Metensis Arnulphus Episcopatum resignaverat, obiit anno 654.

S. Allovinus Bavo, filius Agilulphi fratris patruelis Carolimanni Hasbaniæ Comitis, et Adelthrudis feminæ in-

(1) S. Arnulphus. In Martyrologio Romano: 18 Julii „ Metis in Gallia Sancti Arnulphi Episcopi, qui Sanctitate et miraculorum gratia illustris, eremiticam vitam diligens, beato fine quievit „

(2) S. Clodulphus. In Mart. Rom. 8. Junii „ Metis S. Clodulphi Episcopi. „

(3) S. Wandregisilius. In Mart. Rom. 22 Julii „ In Blandino Monasterio S. Wandregisili Abbatis, miraculis clari „

signis probitatis, Pipini Senioris Consobrinus, peregrinationibus et eremitica vita usque ad inclusionem sui in cavam arborem, et deinde in angustissimæ cellulæ carcerem, celebris, qui anno 631 in Monasterio S. Petri Gandæ a se, suasu S. Amandi, constructo, sancte moriens 1. Octobris, apparuit S. Gertrudi, rogans eam, ut emitteret Gandavum linteamina ad nudum suum corpus sepeliendum. (1)

B. Pipinus a Lauda, seu Senior, Neustriæ, ac Bravantiæ Dux, filius fuit Carlomanni, fratris patruelis Agilulphi Hasbaniæ Comitis. Mortuus est anno 646. de quo plura auctor vitæ B. Pipini.

S. Itta, uxor Pipini Senioris, a plerisque Ida, seu Hiduberga appellata, quæ ob singularem elegantiam morum, nobilitatem, et opulentiam a multis Proceribus expetita ad secundas nuptias, maluit, suasore S. Amando Episcopo Trajecti, Monasterium Nivellense in Brabantia sub tutela S. Petri construere, ubi religioso habitu induta, sancte obiit anno 658. 8. Martii.

S. Modualdus, Frater S. Ittæ, suasu Pipini factus Episcopus Trevirensis, ad Regni negotia licet invitus advocari solitus, qui constructo ad Mosellam Cœnobio S. Symphoriani Martyris, præfecit Abbatissam, suam, atque Ittæ Sororem, S. Severam Virginem, et obiit die 12 Maji. (2)

S. Severa Virgo, Soror S. Modualdi, et S. Ittæ, Abbatissa Monasterii S. Symphoriani Martyris, a Fratre suo constructi, obiit 20. Julii. (3)

(1) S. Allovinus Bavo. In Mart. Rom. 1. Octobris „ In „ Portu Ganda Sancti Bavonis Confessoris. „

(2) S. Modualdus. In Mart. Rom. 12. Maji „ Treviris „ Sancti Modoaldi Episcopi „

(3) S. Severa Virgo. In Martyrologio Romano 20. Julii „ " Treviris Sanctæ Severæ Virginis „

S. Wandalinus, Frater ipsius S. Severæ, Monachus seu potius Eremita insignis (a quo denominatum est Oppidum in Belgio, ut narrat Trithemius) Levir Pipini Senioris, sponsi S. Ittæ, fuit.

S. Begga Vidua, itidem B. Pipini, et S. Ittæ Filia, sublimis animi fæmina, ac sexu suo major, totam se contulit ad Sororis suæ Gertrudis, et Ss. Arnulphi atque Allovini Sanctitatem imitandam, Romamque profecta, et ab Hadriano Summo Pontifice Sacris Reliquiis, ac Benedictione munita, revertit domum, ædificavitque Adanæ ad Mosam Monasterium Septem Ecclesiarum, in quo sancte obiit anno 698. 17. Decembris.(1)

S. Gertrudis itidem Filia Pipini Senioris, et S. Ittæ, Virgo celeberrima, cujus extat vita apud Surium sub die 17. Martii, quo mortua est sanctissime anno ætatis 33. (2)

S. Hugo, Episcopus Rothomagensis, Filius Drogonis, et Adeltrudis seu Austrudis, Filiæ Varatonis. Pater illius Drogo, Frater Primogenitus Grimoaldi cognomento *justi*, obiit vel anno 699. aut anno 708. ut ajunt *Scevola*, et *Aloysius de S. Martha*(3).

Hi fuerunt filii legitimi Pipini junioris seu de Herstallo, et

(1) S. Begga. In Mart. Rom. die 17. Decembris „ Andamiæ apud Septem Ecclesias Beatæ Beggæ Viduæ, Sororis S. Gertrudis. „

(2) S. Gertrudis. In Mart. Rom. 17. Martii„ Nivigellæ „ in Brabantia Sanctæ Gertrudis Virginis, quæ clarissimo „ genere orta, despiciens mundum, et toto vitæ suæ cursu „ in omnibus Sanctitatis officiis se exercens, Christum Sponsum in Cœlis habere meruit. „

(3) S. Hugo Mart. Rom. 9. Aprilis. „ Rhotomagi S. Hugonis, Episcopi, et Confessoris. „

Plectrudis Filiæ Grimoaldi Bavariæ seu Bajariæ Ducis. Ita ut Grimoaldus *justus* (Frater Drogonis) qui primus Grimaldæ Genti cognomen dedit, ex Regia Francorum stirpe, imo etiam, si fœminarum linea spectetur, ex Imperatoria, et ex aliis Regibus oriundus erat, et multos Sanctos in sua Familia habuit, sicut ex relatione apparet P. Riccioli loco citato, ubi Auctores ipsius affert, et inter alios Ludovicum XIV litteris suis ad Principem Monœci dicentem ita: ,, Notre tres-cher et tres- aimé cousin le Prince de Monaco, Duc de Valentinois, Pair de France, Chevalier de nos Ordres, et qui est aujourd' huy reconu pour la tige de la maison des Grimaldis, et qui a rendú un signalé service a l'Estat . . . renovant l'ancienne aliance que ses Ayeuls aurojent faite avec la France, d' oú mesme les predecesseurs des Princes de Monaco, qui ont possedé autres fois les plus prandes charges de la Couronne, ont receu leur origine, par un *Grimoaldus*, Maire du Palais, fils de Pipin le Jeune, et frere de Charles Martel, et pour faire voir aussi que Nous voulons, que la Noblesse et l' ancienneté de cette maison voya le jour &. ,, concludendo testimonium præfati Regis (1) Christianissimì pro familia

(1) Hic Rex, sicut et ejus Nepos Philippus V. in medio occupationis gravissimæ animorum suorum circa lamentabile bellum Succesionis, non tamen omittebant laudabilem curam suam circa Missiones ad Infideles, ut patet (inter alia testimonia) ex variis Litteris Pontificiis S. M. Clementis XI, et Regiis amborum Principum Christianissimi, et Catholici, pro Missione fovenda ad Novas Insulas Philippinas, in Opere dè Septem Angelis (supra relato pag, 33 et 34) a R. P. Andrea Serrano S. J. ipsarum Procuratore insertis, qui inde cum omni favore Poutificio et Regio ad veteres Philippinas reversus, in secunda expeditione ad Novas Insulas suum Apostolicum cursum consu-

Grimalda, qui postea etiam Hispaniæ Monarchiæ Regem dedit in pio et virtute prædito Philippo V. Amplior notitia de aliquibus(1)Sanctis supra relatis videri potest in Opere,sermone Hispano conscripto, de Vitis Sanctorum, Beatorum, et Venerabilium Ordinis S. Benedicti, Reverendissimi P.Fr. Antonii de Heredia, Abbatis per duas vices Monasterii S. Mariæ de Sopetran, Definitoris Majoris, et etiam Superioris Generalis Congregationis Hispaniæ et Angliæ Ordinis S. Benedicti, Abbatis Monasterii Montis Serrati Matriti, et postea S. Mariæ Regalis *de Hyrache.*

O. S. C. S. R. E.

masse creditur; quia sæva orta est tempestas maris, juxta relationem trium naufragorum, qui ad veteres Philippinas Insulas redeuntes, testati sunt nescire, quid de aliis acciderit, quos ibi periisse judicabant. Vid. Martiniere lit. F.

(1) In Opere hoc Hispano Patris Heredia inveniuntur vitæ sequentium Sanctorum ex supra adductis: Sanctæ Gertrudis die 17 Martii: S. Hugonis 9 Aprilis: S. Clodulphi 8 Junii; S. Arnulphi 18 Julii: Sanctæ Severæ 20 Julii: S. Alobini Babonis 1 Octobris; et Sanctæ Vegæ sive Beggæ 17 Decembris.

Talium ergo Sanctorum Pietatem secutus noster Hieronymus Cardinalis Grimaldi, Archiepiscopus Aquensis, ejusque propinquus Princeps Monæci (ad quos Opus Almagesti dicatum est a P. Ricciolo S. J. sub directione et correctione scribente alterius ex eadem familia P. Francisci Mariæ Grimaldi S. J.) benignam protectionem præstabant vel Operibus de rebus Sacris (Pag. 11. 15. 21. et 22.), vel de Scientiis etiam humanis, ex quibus tamen animus erigatur ad Deum, in quo vera Scientia est, ad quem finem homo creatus est, dicente vel ipso Poeta de ejusdem formatione à Reptilium diversa:

„ Cœlumque tueri

„ Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus. „
Jam pag. 9. adnotatum est, quomodo P. Ricciolus scripserit defendendo S. Congregationem contra novitates modernas terræ motus circum Solem, cujus validissimæ rationes in ejusdem Operis loco citato videri possunt. At ipse non minus docte ac pie de Cometis disserens, post relatas opiniones aliorum, concludit modo quo infra: „ Reliquos Patres „ (nam adduxerat SS. Augustinum et Damascenum etc,), qui hujusmodi ostenta ad Divinam „ Providentiam salubriter mortalibus comminantem referunt, „ vide apud nostrum *P. Adamum Tanerum* in disserta- „ tione de Cœlo qu. 7. paragrafo 4. quam et ipse fatetur, „ esse dignam Christiano homine philosophandi rationem. „ lib.8.sect.1.par.3. Nostra tamen opinio est: si Cometæ sunt ele- „ mentares, utique naturaliter significare aliquam insignem „ mutationem in Natura Sublunari factam, cujus effectus „ nondum plane desierint, sed haud ita multo post pro- „ dituri sint juxta dispositionem materiæ, et concursum „ aliarum causarum: si vero sint Cœlestes, utique a Di- „ vina Providentia ordinatos esse, tum ut mortales oculos „ in Cœlum erigant, et agnoscant multa esse, quorum „ causam, et naturam ignorare coguntur, ideoque Di- „ vinæ Sapientiæ fastum fascesque submittant, tum inde „ aliquid magni vel in se, suisve Regionibus, vel in aliis „ expectent, idque plerumque malum, vel re ipsa even- „ turum, si non placetur Numen, vel intentatum, ut sic „ timore Numinis ad saniora consilia convertantur, et vel „ hinc saltem specimen aliquod illorum prodigiorum præ- „ concipiant, de quibus Salvator Noster in Evangelio: *E- „ runt signa in Sole, et Luna, et Stellis etc. et Stellæ „ cadent de Cœlo.* Proinde prudenter, occassione Cometæ „ anni 1460, Sanctum Joannem de Capistrano calamitates „ futuras concionabundum denunciasse, nisi serio Mortales „ vitam, moresque suos emmendarent. Id enim consonum „ est et Historiæ jam capite III præmissæ, et sapientissi- „ mis viris, non Ethnicis modo, sed et Catholicis. At „ velle, non dico divinare, sed conari ad id, ut ex re-

„ gulis Ptolomæi, vel aliorum Astrologorum prognostica Cometa-
„ rum edantur in vulgus, prorsus inane censeo, et irritamentum po-
„ tius irati Numinis, quam obsequium aut expiationem Ipsi de-
„ bitam. „ (Ibidem paragrapho 11. pag. 34.]

Liceat tamen Editori concludere cum S. Bernardo:
„ In periculis, in rebus dubiis, RESPICE STELLAM, VOCA
„ MARIAM. „ O. S. C. S. R. E.

INDEX

Paginæ